



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**VRBIS HIEROSOLY-//m[a]e, Templiq[ue] in ea origo, &  
ho//rum rursus excidium, profana-//tio, aliaeq[ue] uariae  
fortuna**

**Langen, Rudolf von**

**Coloniae, Jan. 1517**

**VD16 L 341**

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71344](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71344)







Th. 6129.







ERZBISCHÖFL  
AKADEMISCHE  
BIBLIOTHEK  
LEOSTR. 21  
PADERBORN



URBIS HIEROSOLYMAE, TEM-  
 pliꝫ in ea originis, uariæq; fortunæ profanationis &  
 ecxidij, ad præclaræ & excellentem uiræ, dominū Her-  
 mannum Langium, Decanum Monasterien, per Ro-  
 dolphum Langium eius nepotem, ac eiusdem ecclesie  
 Canonicum, Liber Primus incipit foelicit. Cuius pris-  
 mū Caplm breuis totius operis (quod pene tragicum  
 est) præfaciuncula ponitur.



PLENDIDISSIMAE

quondam urbis Hierosolymæ,  
 templiq; in ea, totius terrarū or-  
 bis nobilissimi. uastationē, pfa-  
 fanationemq; & ultimum exter-  
 miniū, iussu tuo uir insignis &  
 nostri sæculi cordatissime cons-

scripturo. non abs re uisum est, tam famosæ urbis, cu-  
 ius extremū diem tradituri sumus, originem, nominis  
 q; rationem aperire, non tam sacras historias, quæ uel  
 omnibus mediocrit̃ doctis notæ sunt afferentes, q; sæ-  
 cularium & ethnicorū super hisce rebus scripta. p uis-  
 rili nostra conquirendo. Quando pauci ex nostris stu-  
 dijs suis delectati, eos attigerunt auctores, atq; ea urbs  
 & uaria fortuna, & solius singularis & ueri dei religio-  
 ne, toti mundo admirabilis fuit, quia teste Caio Ply. Plynius,  
 suo more loquente, contumelia numinū. i. deorū  
 insignis fuit. Totum fane hoc opus, in duos partire li-  
 bros placuit. ¶ Primus, Hierosolymorū originem, tē. Operis di-  
 pliꝫ in eis extructionem, profanationem, & uastatio uisio.

B

Z



nem, sub Chaldaeis & alijs gentibus factam describit.  
 ¶ Secundus uero restaurate urbis simul & templi, sub  
 Persarū imperio per Neemiam & Zorobabel, uariam  
 calamitatem, & demū a Romanis extremum narrabit  
 excidium. Vtq; statim declarari possit, quid quo in li-  
 bro quæri, inueniriq; possit. In capitula opus omne di-  
 stinximus, breue epitoma cuiuslibet caplo præmitten-  
 tes. Sed nunc uir clarissime, pmissi tibi & festinati cer-  
 te operis (aduocata in auxilium diuinitate) tale nasca-  
 tur exordium.

¶ De Hierosolymæ conditoribus, & quid de eius  
 urbis nomie autores, & in primis diuus Hieronymus  
 senserint. et quomodo Græci Latiniq; scriptores eam  
 descripserunt urbem.

¶ Capitulum Secundum.



Ierusalem igitur (ut sacra tradūt histo-  
 riæ) primo Salem, post ab inhabitanti-  
 bus eam gentibus Hebræis est dicta  
 Hebus. Qui sane Hebræi (Iosue di-  
 uino iussu Israelitici populi in promif-  
 sionis terram duce, cæterisq; eam habitantibus teram  
 gentibus, uel deletis, uel fugatis ultione diuina) Iude-  
 is in exercitium & irritamentū dimissi sunt. Hanc lon-  
 go post tempore urbem David regnum adeptus, mi-  
 ra uirtute superniq; fauore numinis expugnauit, & in  
 regni sedem firmans erexit, longe maiori eam muro-  
 rum ambitu cingens. Eamq; (ut tradunt) primū He-



busalem, postea b' elemento in r' mutato, Hierusalem  
appellauit, fuitq; in ea mons Sion, quo egregie p' Da-  
uid in tate urbis arcem communito, ciuitas Dauid est  
appellata. Quae autem Salem ciuitas fuerit, inter ma-  
gnos autores non conuenit. Alijs dicentibus Salem  
eadem esse, cuius Melchisedech rex fuit, & postea (ut  
diximus) Hierusalem sit uocata. Beatus uero Hiero- Hierony.  
nymus totius antiquitatis diligentissimus inuestigator,  
in ea disputatione, qua Euagrio presbytero satisfactu-  
rus, quis Melchisedech fuerit: qui rex Salem in Gene-  
si describitur, multorum enumeratis sententijs, haec  
habet uerba, quae & ad glossam epistolae Pauli ad He-  
braeos octauo assumuntur capitulo. Salem autem, non  
ut Iosephus & nostrorum omnes arbitrantur Hierusa-  
salem est, nomen ex Graeco Hebraeoq; compositum,  
quod absurdum esse peregrinae linguae mixtura de-  
monstrat, sed oppidum iuxta Scytopolim, quod usq;  
hodie appellatur Salem, & ostenditur ibi palatiū Mel-  
chisedech, ex magnitudine ruinarum ueteris operis  
ostendens magnificentiam, de quo in posteriori quo-  
q; parte Geneseos scriptum est. Venit Iacob in So-  
coch, id est in tabernacula, & fecit sibi ibi domos atq;  
tentoria, & transiuit in Salem ciuitatem regionis Si-  
chem, quae est in terra Chanaan. Considerandū quo-  
q; est, qd' Abrae a caede hostium reuertenti, quos per-  
sequutus est usq; Dan, quae hodie Panneas appel-  
latur, non de uia Hierusalem, sed de oppido metro-  
poleos Sichem in itinere fuerit, De quo in Euange-  
lio quoq; legimus. Erat autem Ioannes baptizans in  
B ij



Ennon iuxta Salim, quia aquae erant multae ibi, nec re-  
fert utrum Salem an Salim nomenetur, cum uocalibus  
in medio litteris per raro utantur Hebraei. Et pro uo-  
luntate lectorum, atque uarietate regionum, eadem uerba  
diuersis sonis atque accentibus proferantur, haec ab eru-  
ditissimis gentis illius didicimus. Hucusque Hierony.  
Licet in quadam epistola, quae modo non occurrit, in Io-  
sephi sententiam declinare uidetur. Scytopolis autem  
Solinus iuxta quam Salem fuisse dicit. Ciuitas est (ut Solinus  
ait) quam Liber pater post subactam Indiam, ut nutri-  
cis suae titulum ampliaret, menibus cinxit, incolasque de-  
comitibus suis delegit Scythas, a quorum incolatu Scy-  
tharum ciuitas est appellata. Et autore Strabone in Gaeo-  
graphia, Galileae proxima est. Porro quanta Hierusa-  
lem urbs fuerit, quot cincta muris, quaque fuerit irrigua  
Iosephus fontibus, Iosephus in Septimo Iudaicae captiuitatis, &  
qualis suo tempore, & cum a Romanis excinderetur  
esset, non ineleganter depingit, partim ex Regum &  
παράλειπόμενων libris, prophetarumque codicibus, diligens  
sibi lector conquirere studeat, partim ex Graecis, Lati-  
nis, barbarorumque historiis. Quas ego quidem legisse po-  
tui referre studebo, ut appareat quomodo multa eth-  
nicorum scripta conueniant, multa etiam aliena a sacrae  
historiae sint ueritate, quam sane rem (nisi me fallat opi-  
nio) non iniucundam legenti fore arbitror, dum apud  
homines a ueritate alienos, ueritatem descriptam le-  
gerit, quae & magnum aduersum incredulos robur sa-  
Lactantius cris litteris afferunt. Nam ut Lactantius aduersus fal-  
sam religionem libro primo est autor. Veritatis ipsi

q. p. q. uersale f. r. ad  
q. p. q. salim

Strabo



<sup>potest</sup>us tanta uis est, ut nemo possit esse tam cæcus, qui nō  
<sup>offendit</sup>uideat ingerentem se oculis diuinam claritatem. ¶ In  
<sup>Strabo</sup>primis Strabo Cretensis in decimosextimo suæ <sup>Geographiæ</sup> Geographiæ libro, Cum longa oratione de Iudæorū origi-  
<sup>ne</sup>ne multa disputauisset, talēq; apud Iudæos Moysen fu-  
<sup>isse</sup>isse, quales apud Indos Gymnosophiste, apud Persas  
<sup>Magi</sup>Magi, apud Assyrios Chaldaei, apud Romanos He-  
<sup>trurie</sup>trurie fuerūt Haruspices. Tandem Hierosolymorum  
<sup>munitio</sup>munitio petrosa est (inquit) & bene septa, & interius  
<sup>aquis</sup>aquis abundans, exterius omnino sicca, fossam habe-  
<sup>bat</sup>bat in lapide excisam, sexaginta pedum profunditate,  
<sup>latitudine</sup>latitudine ducetorū & quinquaginta. E lapide autem  
<sup>exciso</sup>exciso educta erant templi menia. Timochares autē q̄ Timochas  
<sup>Antiochi</sup>Antiochi res gestas conscripsit (ut est apud Eusebiū res  
<sup>Pamphili</sup>Pamphili nono Euangelicæ præparationis libro) qua Eusebius  
<sup>draginta</sup>draginta stadijs ambitum muros Hierusalem cōtine-  
<sup>ri</sup>ri asserit, abruptis uallibus undequaq; munitam. Vr-  
<sup>hemq;</sup>hemq; ipsam, multis aquis adeo irrigari, ut horti quoq;  
<sup>multi</sup>multi extra urbem aquis inde fluentibus irrigentur, ab  
<sup>urbe</sup>urbe autem ad quadraginta stadia magnam esse aqua-  
<sup>rum</sup>rum penuriam. Philo autem fontem fuissē maximū in Philo  
<sup>urbe</sup>urbe asserit, qui hyemis tempore deficiebat, æstate ue-  
<sup>ro</sup>ro copiosissime defluebat. Aristetas autem cuius sæpe Aristetas,  
<sup>adducit</sup>adducit autoritatē Hieronymus, in libro de interpre-  
<sup>tatione</sup>tatione Iudaicæ legis, de aquis Hierosolymorū scribit,  
<sup>ut</sup>ut postea cum de templo dicetur uidebimus. C. etiam C. Plynus  
<sup>Plynus</sup>Plynus Nouocomensis libro quinto historiæ natu-  
<sup>ralis</sup>ralis breuissime Iudæam describens. In ea (inquit)  
<sup>fuere</sup>fuere Hierosolyma, longe clarissima urbium orientis



LIBER I.

Solyme tis. Hanc etiam urbem Solymas ut Athenas numero Iosephus plurali Iosephus & plerique alij appellatam dicunt, a Solymis quibusdam populis, iuxta Lyciam provinciam

habitantibus, quos Homerus pugnacissimos fuisse dicit, & a Bellorophote devictos, in montibusque habitare.

Ait enim inter cetera de Bellorophote loquens Homerus. Hic Solymis iterum praestantibus intulit arma.

Cor. Tacit. ma. Vnde & Cornelius Tacitus cum de Iudaeorum origine opiniones referret ait. Alij clara Iudaeorum initia

Solymos, carminibus celebratam Homeri gentem, conditam urbem Hierosolymam nomini suo fecisse. Sic Iu-

Iuvenalis. uenalis in satyra. Credo pudicitiam, loquens de Iudaea Interpres (ait) legum Solymarum, & magna Sacerdos. Si

Martialis militer & Martialis in septimo Epigrammatum, sed quae de Solymis (inquit) uenit perustis, id est combustis Hierosolymis.

Nam suo tempore eversa Hierusalem fuit. Quia sub Domiciano Caesare Vespasiani filio, & Titi fratre potissimum floruit. Praefatus autem

Cor. Tacit. nelius Tacitus de urbe eadem ait. Habet & Iudaea oppidum Hierosolyma gentis caput. Illic immense opul-

lentiae templum, & post pauca Urbem ardua situ, opera molesque firmauerant, quis uel plana satis munirentur.

Nam duos colles in immensum editos claudebant muri, per artem obliqui, aut introrsum sinuati, ut latera oppugnantium ad ictus patesceret.

Extrema rupis abrupta, & turres ubi mons iuuisset in sexaginta pedes inter deuexa in centenos uicenosque attollebantur.

mira specie, ac pcul intuentibus pares. Alia intus metra regia circumuecta, conspicuoque fastigio turris An-

nia regia circumuecta, conspicuoque fastigio turris An-

*Papae de mico polis*

*Interpretatio*

*no per... mira specie, ac pcul intuentibus pares. Alia intus metra regia circumuecta, conspicuoque fastigio turris An-*



thonia, de qua ultimo lib. dicitur. Subdit idem autor. <sup>quasi</sup> Templū in modum arcis proprii muri labore & opere <sup>quasi</sup> ante alias ipse porticus quis templum ambiēbatur <sup>quasi</sup> egregium propugnaculum fons perennis aquæ, caua <sup>quasi</sup> ti sub tera montes, & piscine. cisternæq; seruandis im <sup>quasi</sup> bribus. Porro Hierosolyma ut autores nostri habent, <sup>quasi</sup> & in primis testatur Hieronymus, a Salomone qui au Hierony. <sup>quasi</sup> ream eam reddidit appellata est (sicut a patre eius pri <sup>quasi</sup> mū Hierusalem est dicta) ut non iniuria de ea Salomō <sup>quasi</sup> dicere potuit, quod moriens (ut est apud Suetonium) Suetonius <sup>quasi</sup> Octavianus Cæsar dixisse fertur. Urbem Romam se <sup>quasi</sup> se reperisse lateritiam, sed relinquere marmoream. Di <sup>quasi</sup> cimus autem Hierosolyme arx, ut Solyme arx, Athes <sup>quasi</sup> ne arx, quin & Hierosolyma orx. Sic & Hierosolyma <sup>quasi</sup> me, numero singulari, apud probatissimos tamen aus <sup>quasi</sup> tores Hierosolyma orx, legitur.

¶ De prima sub Salomone templi ædificatione, & <sup>quasi</sup> uariæ in eam rem & admirabiles sæcularium scriptorū <sup>quasi</sup> sententiæ.

¶ Caplm Tertium.



<sup>quasi</sup> N hac urbe regnante sanctissimo re <sup>quasi</sup> ge David, multisq; ornato victorijs ui <sup>quasi</sup> ro, domitis insuper circumquaq; genti <sup>quasi</sup> bus, singulari sua (qua deum colebat) <sup>quasi</sup> pietate, cedrinas aedes sese habitare cō <sup>quasi</sup> siderans, ac domini arcam uilibus stare sub pellibus, <sup>quasi</sup> templū domino deo ædificare destinauit. Verū p Naz <sup>quasi</sup> than pphetam a domino phibitus est. Quia ob multa <sup>quasi</sup> quæ gesserat bella, uir esset multo hostiū pollutus san

B iiij



guine. uerz id operis filio eius, qui post eum regnatus  
 rus esset referuari. Moriturus igitur David, & Salo-  
 mone in regno confirmato, inter cætera saluberrima  
 quæ filium ante ultimū uale admonuit, ædificandi do-  
 mino templum negotia mandat, ostendens ædificatio-  
 nis dispositionem & figuram. Mortuo igitur David,  
 idem filius eius ex Bersabeæ Salomon foelicissime re-  
 gnat, omnium q̄ ante eum fuerunt regum & opulens-  
 tissimus, & sapientissimus, familiari sibi diuinitatis in-  
 stinctu patrisq̄ monitu, qui maxima auri argenti æris  
 & ferri pōdera uimq̄ gemmarū, in hoc opus iam olim  
 congesserat. Quarto itaq̄ regni sui anno, in Hieroso-  
 lymis maximo & incredibile sumptu, ambitiosissime tē-  
 plum uero Deo orsus est ædificare, cōsummauitq̄ an-  
 nis octo, admirabili pompa, pulcherrimo cerimoniaꝝ  
 ordine, & maximo holocaustoꝝ sacrificio dedicabat,  
 die decima mensis septimi, qui apud nos October ap-  
 pellatur. Hæc autem eadem dies & antea per legem  
 erat statuta solennis, ita ut in ea tabernaculum omne  
 p̄ singulos annos maioribus hostijs expiari deberet.  
 Collis autem in quo templū extructum ē, Morin seu  
 Moria ī sacris appellatur libris. Quem aliqui lucidū,  
 nonnulli uisionis, teste Hieronymo inuert erunt. Et  
 area Orne Hiebusi fuit, ut παραληγομένων liber testis  
 monio ē, in qua obsequētissimus Deo p̄iarcha Abra-  
 am filium suum Isaac parauerat immolare. Qui idcir-  
 co illuminans interpretatur, & lucens eodem autore  
 Hiero. quia ibi est Badir, hoc est oraculū Dei, & lex,  
 & spūs, q̄ docet homines ueritatē, & p̄phetas inspirat.

*Quoniam periculis  
 domus sapientie p̄p̄  
 p̄p̄*

*Quoniam periculis  
 domus sapientie p̄p̄  
 p̄p̄*

*Quoniam periculis  
 domus sapientie p̄p̄  
 p̄p̄*

*Quoniam periculis  
 domus sapientie p̄p̄  
 p̄p̄*



<sup>in parte capite templi</sup>  
 Huius sane templi incredibilem fabricam, quo modo  
 scilicet sanctasanc<sup>orum</sup>tor<sup>um</sup> porrecta fuerunt in orientem,  
 ceter<sup>um</sup> autem æris, auri, <sup>gemmarum</sup> & uniuersam tabu-  
 lato<sup>rum</sup> fabricam, quæ humanum sensum exuperare uis-  
 dentur, longitudinem in super, latitudinem, & altitudi-  
 dinē, moles ingentes columnar<sup>um</sup>, ex multis tertij Re-  
 gum capitulis, παραληπομένων, & octauo antiquitatum  
 Iosephi libro, solide poterit diligens lector cognosces-  
 re, quæ huic operi inferenda breuitati consulturo mi-  
 nime uisa sunt. Sed ethnicor<sup>um</sup> sententias, quas in hanc  
 rem legisse potui, audiamus, Eupolemus apud Eusebi Eupolem<sup>us</sup>  
 um Pamphili in Euangelica præparatione, post Saui-  
 lem Dauid regnasse perhibet, a quo Syros & Phoenis  
 ces, usq; ad Euphaten domitos fuisse. Idumæos etiam,  
 Hammonitas, Moabitas, Itureos, Nabatheos, Nabde-  
 os, Suronemq; Tyri ac Phœnicis regē bello coactos,  
 tributa Iudæis contulisse. Eiq; petenti, locum fuisse di-  
 uinitus monstratum, ubi templum esset edificandum.  
 Angelum enim uidisse in eo loco stantem, ubi altare  
 postea conditum fuit, cui angelo nomen Dynachaan  
 fuisse, a quo non fuisse permissum Dauid (quoniã san-  
 guine hominum propter bella quæ gesserat, contami-  
 natus erat) templum ædificare, sed q̄ magnam posset  
 facere præparationem, ut templum a filio eius facilius  
 conderetur. Itaq; comparasse ipsum, æris, argenti, au-  
 ri, talenta nō pauca, lapides etiam & ligna cypressi at-  
 q; cedri. Naues enim eum præparasse in Elamis Ara-  
 biæ ciuitate, misisseq; in insulam Vrsen, in rubro mari  
 positam, auri metallis abundantissimā. Vnde in Iudæ

<sup>flumens est</sup>  
<sup>in</sup>  
<sup>paralelo abana</sup>  
<sup>pro mesopotamia</sup>



am innumerabilia pene pondus auri delata fuisse. Reg-  
 gnasseque Dauid annis quadraginta, ac ab eo regnum Sa-  
 lomoni filio duodecim annos agenti traditum fuisse.  
 Imperatumque ut templum edificaret. A quo iam re-  
 gnante ad Vaphrem Aegypti regem hoc exemplo li-  
 Lre Salo- teras missas. Rex Salomon Vaphri Aegyptio regi  
 monis ad amico paterno Salutem. Scias me a deo magno Da-  
 Vaphren- uid patris mei regnum accepisse. Cumque mihi pater pra-  
 ciperet, templum deo qui coelum & terram creauit, co-  
 derem, ut etiam ad te scriberem, praecipit. Scribo igitur  
 tur & peto abs te, ut artifices atque fabros ad edificandum  
 deo templum, mittere uelis. Ad haec Vaphren sic scri-  
 Vaphris pisse. Rex Aegypti Vaphres, regi Salomoni Salutem.  
 rñsio ad Sa lectis literis tuis, non paruo affectus gaudio sum, quod pa-  
 lomnem. tri tuo optimo uiro, & diuinitus probato, in regnum  
 successisti. Ad edificandum autem templum Dei inter  
 fabros atque magistros, octoginta milia hominum ad te  
 destinaui. Dabis igitur operam, ut ordine uiuant, & re-  
 bus necessarijs non careant, temploque dei condito, in-  
 columes ad nos redeant. Tyrio quoque regi scriptum  
 Lre Salo- fuisse, hoc modo. Rex Salomon Saroni Tyri. Sidonis  
 monis ad atque Phoenicie regi, amico paterno, Salutem. Scias me  
 Saronem a Deo magno Dauid patris mei regnum accepisse,  
 cumque mihi pater praeciperet, templum Deo qui coelum  
 & terram creauit, condere, ut etiam ad te scribere prece-  
 pit. Scribo igitur & peto abs te, ut artifices atque fabros,  
 ad edificandum templum dei, mittere uelis. Ad haec quo-  
 Lre Suro- que Saronem sic rescripsisse. Saron Tyri Sidonis &  
 nis ad Salo- Phoenicie rex, Salomoni salutem. Lectis literis tuis, gra-



tias egi deo, q̄ tibi regnum patris tradidit. Et qm̄ scri-  
bis fabros ministrosq; ad condendum templū dei tibi  
esse mittendos. Misi ad te hominū milia octoginta, &  
architectū hominē Tyrium ex matre Iudæa, uirū in re-  
bus architecture mirabilē. Curabis igitur ut rebus ne-  
cessarijs non egeant, & templo dei condito ad nos re-  
deant. Scripsit aut̄ Salomon in Galilæam, & Samariā,  
& ad Moabitas inq; & Hammonitas, & Galalideos,  
ut frumenta & uinū. centum & sexaginta milibus ho-  
minū diligenter subministrarent. Oleum autem a Iu-  
dæa eis præbebatur. Ligna igitur primū quæ a patre  
ipsius in monte Libano cæsa iacebant, p̄ mare in Iop-  
pen ac inde in Hierosolymā duxisse, incœpisseq; tem-  
plum dei ædificare, annos quatuordecim natum, po-  
pulosq; prædictos iugiter in ope fuisse, & præter fru-  
mentū & uinum cætera necessaria sunt a Iudæis p̄ sin-  
gulas tribus, singulis mēsibus ministrata, fundatumq;  
templū longitudinis cubitorū. lx. & altitudinis similr,  
fundamentorū latitudinem. x. cubitorū fuisse. Sic em̄  
Nathan dei prophetam iussisse, ædificatumq; templū  
totum undique a pauimento usque ad tectum deaura-  
tum, & tectum laquearijs factū aureis, & tegulis æne-  
is deforis contectum. Duasq; columnas æreas altitu-  
dine æquales templo, decem cubitos in circūitu con-  
tinentes auro deauratas soliditate unius digiti, alte-  
ram a dexteris, alteram a sinistris templi statuisse.  
Candelabra quoque aurea talentorum singula de-  
cem, ad exemplar eorum quæ a Moyse in tabernacu-  
culo facta erant fecisse, & alia a dexteris alia a sinis



stris templi posuisse. Lucernas autem aureas sexaginta septem in unoquoque candelabro factas. Et fornicem maximam ad borealem templi partem ædificasse, quæ quadraginta octo æneis columnis sustentabatur, fecisse etiam labrum uiginti cubitorum longitudinis, latitudinis similiter, profunditatis autem cubitorum quinque. gradus quoque quasi coronis circumductos construxisse, ut sacerdotes adire, ac pedes ac manus lauare possent. Posuisseque ad dextram partem altaris, iuxta quorbasm basim fecisse duorum altitudinis cubitorum, ut in ea restaret, quo facilius ab uniuerso populo uideretur. Altareque fecisse duodecim cubitorum altitudinis. Et cathenas tanquam retia super omnem templi altitudinem uiginti cubitis, instrumentis quibusdam extendisse, a quibus quadraginta tintinnabula ærea dependebant. Hoc factum fuisse, ne aues supra templum sederent, neque nidus in laquearibus eius facerent, ut templum foret ab omni immunditia incontaminatum. Hierusalem quoque urbem, muris, turribus, ac foueis, ab eo fuisse circumductam. Regiam quoque sibi ædificasse, quæ *ιερόν* Salomonis. i. latinæ Salomonis ædes fuit appellata. Vnde corrupto postea uocabulo urbem Hierusalem uocatam fuisse, & *ιεροσόλυμα*, græce appellari. Quibus factis, sacrificium deo mille bouum in Silo fecisse, & tabernaculum, altareque simul, & uasa omnia a Moyse facta, inde in Hierosolymam ad templum dei transtulisse, arcam similiter & candelabrum, & mensam, cæteraque omnia, Deoque holocausta fecisse duo milia ouium, & tria milia quinquagintaque uitulorum. Totum autem aurum



quod in templo, columnis, cæterisque omnibus uasis fuit  
 consumptum, quadragies sexies centena milia fuisse.  
 Argenti uero ad clauos, & alia instrumenta, mille du-  
 centa triginta duo milia, æris uero in columnis, fornibus,  
 ac cæteris. talenta decem & octo milia & quinquaginta.  
 Misissetque omnes in regiones suas, Phœnices simul atque  
 Aegyptios, decem auri talentis singulis datis. Talentum  
 autem dico (inquit) quod siclum appellat. Et Aegyptiorum  
 quidem regi oleum & mel in magna quantitate misisse.  
 Suorum autem columnam auream, quæ Tyri in templo Iouis  
 conspicitur, unde & ille simulachrum filiae fecisse dicitur,  
 quod in aurea columna imposuit. Mille quoque scuta  
 facta fuisse a Salomone aurea confirmat. Vixissetque  
 (ait) annos quinquagintaduos, & regnasset quadraginta.  
 Aristeas autem (cuius supra me Aristeas minimus) hoc modo  
 de templo scribit. Templum (inquit) ad ortum respicit,  
 posteriora eius ad uesperam tendunt, lapidibus autem  
 ornatissime pavementum templi constratum est, & aqua  
 sæpius in templum mittitur, ut a sanguine detergat.  
 Multa enim animalium milia in solennitatibus offeruntur.  
 fons quoque copiosissime, ac iugiter in templo ipso  
 scaturit, ex quo magna uis aquarum per cloacas plumbo  
 consolidatas defluit. Sed de templo loquitur Aristeas,  
 quod sub Zorobabel & Neemia restauratum, postea  
 referemus. Hactenus de templi ædificatione, & Salomonis  
 regno, quod ethnicorum scripta testentur, iuxta Iosephi  
 & Eusebii sententiam dicta sunt. Ab exordio igitur  
 mundi in hanc usque templi sub Salomone consummationem,  
 iuxta diuini Hieronimi



ronymi & Eusebij supputationē. colligitur omne tēpus quatuor milium centum & quadraginta nouem annorū. A generali uero sub Noe diluuiō, mille nongentorū ac uigintiseptem annorū. A Moysē uero & egressu Israelis ex Aegypto quadringētorū octoginta annorū, ut regnorū liber tertius, diligentius relegēti testimonio esse poterit.

¶ Quomodo mortuo Salomone, & ob eius peccatum regno diuiso, Rex Aegypti Sufach primus templum spoliando polluit, & quomodo a ceteris scriptoribus idem rex Sesostris appellatur, ac de magnis eius rebus gestis.

¶ Caplm. III.



Ortuo deinde cum iam annos quadraginta foelicissime regnasset Salomone. oritur ob ingētia Salomonis in deum peccata, miserabilis ingēte Iudeorū seditio. Spreto em̄ a Roboam nato Salomonis seniorū consilio, lasciuientiumq; iuueniliter iuuenum sententiam sequuto, prepotens illud & populosum. bifariam diuiditur regnum, ita ut in Samaria decem tribubus regnaret Hieroboā, ab Aegypto reuersus quo confugerat, quia cum ei ab Achia propheta domini pauloante Salomonis mortem de regno decem tribuum esset prænunciatum, & ob id inflaretur superbia, hortaturq; ut deficeret a Salomone populum, ad pœnam per duellionis perquiri a rege iussus fuerat. Roboam autem Salomonis filius duabus tm̄ tribubus, Iudæ & Beniamin, quæ regnum Iuda dicebātur, in Hierosolymis regnauit, ubi & magna



pars Leuiticæ tribus permanebat. Porro Roboam de  
 cem tribubus ob defectionem bellum moturus, cen-  
 tum & octoginta milia lectissimorū contraxerat miliz-  
 tum, sed p̄ prophetam Semeiam a domino coercitus,  
 arma iussus deposuit. Idem uero cum populo sibi sub-  
 iecto, relicto ueri dei cultu, in externos peregrinosq̄  
 gentiū mores degenerat, extructis passim idolorū al-  
 taribus, in q̄bus thura sacrificantes, accenderunt. Eui-  
 ratos insup̄ iuxta spurcissimū ritum, Berecynthiæ ma-  
 tri deorū sacerdotes rex impius constituit. Quo factū  
 est, ut quinto eius regni anno, potentissimū ea tempe-  
 state Aegypti regem Sufach, dñs aduersus eū susci-  
 taret, q̄ magno & numeroso exercitu Iudæam ingres-  
 sus, contra Roboam dimicās, uictor ex arbitrio suo, ei-  
 dem pacis leges imponit. Qui tamē post icta fœdera  
 datāq̄ pacē hierosolymā ingressus, tēplum illd̄ splēdi-  
 dum, domūq̄ regiam primus ex gētibus impie spoliās  
 p̄fanauit. Thesauros templi & regiae domus, ac scuta  
 aurea quæ immēsi rex Salomon pretij fecerat, diripi-  
 ens. Hūc Sufach Plynius, Herodotus, & Lucanus cæ Plynius  
 teriq̄ scriptores Sesostrim appellāt. Plynius em̄ in Se-  
 xto natu. hist. dicit, eū conatū fuisse, nauigabilē alueū  
 ex rubro mari in Nilū, pducere, q̄ pte ad Pelusiū decur-  
 rit, septuaginta duorū miliū in uallo. Herodotus uero Herod̄  
 lib. hist. ij. ait, De Sesostris Aegyptiorū rege se mlta in  
 ægypto a Vulcani sacerdotib⁹ mēorabilia audiuisse.  
 Hūc. n. dicebāt primū lōgis nauibus ex Arabici maris  
 sinu pfectū, rubri maris accolas in suā ptatē redegisse.  
 Dein reuersū i ægyptū, coactōq̄ igētī exercitu, p̄ tras



perrexisse, omnesque gentes, ut in quibus incidere subegisse. In regionibus autem eorum, quos bellaces libertatisque studiosas reperit. Cippos statuebat inscriptos literis sui nominis, & patriæ, & quæ referrent ipsum illos uel subegisse. Quarum uero urbes sine uel resistentiæ cepisset, his Cippos inscripsit his litteris, quas scripserat eis gentibus, quæ uiriles extiterant cum mulierum genitalibus. Planum facere uolens, illos nequaquam uirum  
**Herodotus** les extitisse. Refert præterea eodem loco Herodotus, Phœnices, & Syros, qui sunt in Palæstina (Iudeos procul dubio significans) circumcisionem didicisse. Dicit namque Aegyptios, Colchos, & Aethiopes ab initio statim putreda circumcidere, quam sane rem ab Hebræis cum in Aegypto morarentur hi populi didicere. Tradunt hunc Sesostrim scriptores cæteri, ab Aegypto cum uictore exercitu ad Hispanos penetrasse, quod Lucanus decimo  
**Lucanus** suæ Pharsalicæ innuit, dicens.

Venit ad occasum mundi que extrema Sesostris.

Et Pharios currus regum ceruicibus ægit.

Hoc est, in triumphantis modum captiuos reges duxit cathenatos, ante currus Pharios, id est Aegyptios, ut quasi currus triumphales trahere uiderentur. Hactenus de prima templi profanatione hæc dicta sint.

¶ De auersione Israelis a dei cultu, ad uitulos aureos, per Hieroboam regem. Et quomodo foeda colendi uitulos, penitus apud Iudæos ab Apis Aegyptiorum deo emanauit, quibus hic Apis fuerit multorum sententiæ, ac duarum tribuum & dimidiarum, in Assyrios translatione, institutioneque Olympiarum. ¶ Caplm. V.





Erum antequam captiuitatem & euer-  
 sionem, quæ sub Chaldæis facta est, at-  
 tingamus, uidetur operæpretium decē  
 tribuum in Assyrios trāslationē sum-  
 matim perstringere. Qñ ambo regna ob magnitudinē  
 flagitiorū dignas dño p. pphetas cōminante pœnas de-  
 dere. Hieroboā igit filius Nabath de tribu Effraim &  
 Ioseph, decē tribubus in Samaria, quæ (ut diximus) re-  
 gnū Israel dicebant, impauit. Hic regnū adeptus ani-  
 mo reuoluit, si populus, ut solebat, ter in anno Hiero-  
 solymā ascenderet, templi maiestate, ordine cerimo-  
 niarū, & totius diuini cultus pulchritudine conspecta-  
 fore, ut se trucidato, ad Roboam Salomonis filium re-  
 uerteretur, fecit igitur & ipse in decē tribubus, taber-  
 naculum, non dei, sed idolorū. Aureos em̄ (ut populū  
 auerteret a cultu dei) uitulos in Dan & Bethel collo-  
 cavit, aras sacerdotescq; instituens. Hunc spurcissimū  
 in populo Hebræorū colendi uitulos ritum ab Egy-  
 ptijs didicere, qui Apim deum ipsorū in uitulo uene-  
 rātur. Nam teste Plynio in octauo naturalis historiæ. Plynio.  
 Bos insignis ex improuiso illis apparet, quē certo tē-  
 pore detinēt, & adorāt. Solinus etiā in mltis de eodē, Solinus  
 hæc in Collectaneis refert. Inter om̄ia quæ Aegyptus  
 habet digna memoratu, præcipue bouē mirantē, Apim  
 uocant. Hunc instar colunt numinis, insignē albæ no-  
 tæ macula, quæ dextro eius lateri ingenita, corniculā-  
 tis lunæ refert faciem. Herodotus uero libro historiæ Hero-  
 rum tertio ait. Apim illum quem Græci *Ἐπιφορ* ap-  
 dotus. pellant. Longo temporis interuallo apparere solitū,



aiuntq; Aegyptij euacca genitum, quæ nullum aliis  
 foetum concipere possit, sed fulgure ictam concipere  
 Heroz ex eo Apim, pergit Herodotus, hic uitululus qui appel  
 lotus. lat Apis. huiusmodi habet signa, toto corpore est nis  
 ger, in fronte habes candorem figuræ quadratæ, in ter  
 go effigiem aquilæ, quem adductum ad se cum in fes  
 more uulnerasset rex Cambyfes, qui primus ex Perfa  
 rum regibus subiugauit Aegyptum, dicebat. Dignus  
 sane Aegyptijs deus, uanissimam eoz subsannans su  
 perstitionem. Ac plura de eo & ipse quidem Herodo  
 tus, ac alij magni tradiderunt auctores. Quo modo eti  
 am Osirim quem in serpente colunt, Apim credunt  
**Cicero.** Aegyptij. Quia (teste Cice. in. iij. de nat. deoz) oë fe  
 re genus bestiarz Aegyptij cõsecrauerūt. Quod & le  
**Iuuenal** pidissime Iuuenal tetigit, in saty. ad Volusium cū ait.  
 Quis nescit Volusi bithynice qualia demens,  
 Aegyptus portenta colat: crocodilon adorat  
 Pars hæc, illa pauet saturã serpentibus ibim. Et post  
 Oppida tota canē uenerant, nemo Dianã. (pauca.  
 Porrum, ut cepe nefas uiolare, ac frãgere morsu.  
 O sc̃tãs gentes, qbus hæc nascunt in hortis Numina,  
**Virgil.** & cætera multa. Virgilius etiam in octauo Aeneidos  
 eos deridens ait, suo more, quasi Iuno & Minerua po  
 tius monstra q̃ dij sint.  
 Omnigenumq; deum monstra, & Iatrator Anubis,  
 Contra Neptunum, Venerem, contraq; Mineruam.  
 Nam & Anubim in cane uenerantur, Iouem in aries  
 te, qui Hammon appellatur. i. arenosus. Solem in Osi  
 ri serpentis effigie, Eundem postea in Apide (ut dixi



mus) titulo. A pis iste postea Serapis, id est sepulchrū  
Apis, quasi σογός Apis' uocatus est, ut diuus Aug<sup>9</sup> in  
decimooctauo de Ciui. dei. ex Varronis meminit sen  
tētia. Ideo Cice. in. iij. de natu. deorū de pluralitate dis. Cicero.

purās deorū, introductum ab eo Balbum dicētē facit.

Quid dicis si dij sūt, quos colimus, & accepimus? Cur  
non in eodem genere Serapim Ibiq; numeremus? &  
plura reliqua. Huius Serapis ingēs templū apud Ales

xandriam fuit, ut Macrobius meminit in saturnalibus Macro.  
dicens. A egypto adiacet ciuitas quæ conditorē Ales

xandrū Macedonē gloriatur, Serapim atq; Isim cultu  
per e attonite ueneratiōis obseruat, omnē tñ illam ue  
nerationē Soli se sub illius nomine testat impendere.

Quāuis ad physicam rōnē more suo stoicando Macro  
bius, omia ista referre conēt. Durauitq; nefandissimus

eius cultus, & tēplū hoc, ad pijsimi & orthodoxi prin  
cipis Theodosij maioris annū octauū. Tunc em apud

Alexandriā tēpla idolorū destructa scribunt. In qbus  
Serapis huius antiq̄ssimū & notissimū templū, & mas

ximū simulachrū, qd' q̄si quedā colūna (ut ait Hiero.)  
ruentē sustētabat idolatriā, religiosissimi impatoris sū

ma in deū gratulatiōe subuersum ē, ut in ult. Eccliaft.  
histo. lib. descriptū legimus. De tēplo aut hoc Serapis

aut Serapidis, qd' Serapiū scriptores uocāt. An. Mar  
cel. scribit ingens. Int que eminet Serapiū, qd' licet mi  
nuat exilitate uerborū, arrijs tñ, colūnarijs āplissimis,

spirātibus signorū signētis, & reliq' operū m'itudine,  
ita ē ornatū, ut post Capitoliū quo se uenerabil' Roma

in g'nū attollit, nihil in orbe irax ambitiosius cernat.

Anne  
us Mar  
cellinus

*sub. p. in egypto*

*De serapio qd' dicitur  
in egypto qd' dicitur  
in egypto qd' dicitur  
in egypto qd' dicitur  
in egypto qd' dicitur*



Hucusque de Apide Egyptiorum deo, unde nefandus Iu-  
 daeis mos inoleuit vitulos adorandi. ¶ Hieroboam ve-  
 ro sceleratus, & in impietate persistens, dum in altari  
 quod vitulis in Bethel extruxerat, sacrificaret. mittitur  
 ad eum propheta domini, qui diuino admonitus spi-  
 ritu altari ruinam minabatur. Nasciturque domui Da-  
 uid filium Iosiam nomine pronunciat, qui sacrilegorum  
 ossa sacerdotum, ex imis eruta sepulchris, in eo sit com-  
 busturus. Et dum continuo altare ipsum ingens & ro-  
 bustum diuina uirtute scinderetur, effundereturque ob-  
 latio. Obduratus tamen & pertinax, in sacrilego rex cul-  
 tu, extensa manu, sanctum domini uatem apprehendi  
 iussit. Arescit illico cum brachio manus. Tunc demum  
 timens orat, ut propheta pro se dominum deprecetur.  
 Quo orante, manus brachiumque restituntur, nec tam-  
 men emendatior factus, minabunda per prophetam Achil-  
 iam accepta sententia, se cum omni generatione domo-  
 rum delendum, cum duobus & uiginti regnasset annis,  
 deuotam Sathane animam reddidit. ¶ Succedunt ei in re-  
 gno pari impietate reges plimi, per annos fere ducen-  
 tos & uiginti, usque ad Phacee filium Romelie, qui un-  
 deuicesimus in Israel regnauit. In huius regni exordio  
 Teglatphalassar rex Assyriorum magnam partem po-  
 puli Iudaeorum in Assyrios transtulit. Vastans enim omnem  
 trans Iordanem regionem, duas tribus & dimidiam ui-  
 ctor secum abduxit. Et hoc captiuitatis decem tribuum  
 fuit initium. ¶ Hoc item tempore prima apud Graecos  
 Olympias instituta scribitur, quae quinquennio com-  
 plebatur, quattuor annis in medio expletis. A quo te-

Olym- Olympias instituta scribitur, quae quinquennio com-  
 plebatur, quattuor annis in medio expletis. A quo te-



pore græca de temporibus historia uera creditur. Nā ante hoc ut cuiquam uisum est, diuersas sententias putulerunt. Remus item & Romulus Romam imperij conditores ex Marte & Rhea Illia nascuntur. Remus Romulus

¶ De translatione totius regni Israel, per Assyrios intra montes Medorū (quos Caspios uocant) & qui sint hi montes. Et de Salmanassar & Sennacherib regibus, an unus uel diuersi fuerint. Caplm. VI.



Ost annos deinde nouem & triginta, q̄ Osee regis Isrl' nonus fuit, & Achas regis Iudæ undecimus, totius regni Israhel. i. aliarū tribuum gētis Iudæ, quæ in parte erant Samariæ, subsequuta captiuitas est, uictæ a Salmanassar Assyriorū rege, quæ Salmanassar. nonnulli eundem Sennacherib fuisse cōtendunt, trās Sennassar. latēq; sunt intra mōtes Medorū, quos autores Caspiō Sennassar. os uocant. qui (teste Seruio super sexto Aeneidos) si charib nes sunt regni Assyriorū, septētrionem uersus, suntq; Caspij in Asia boreales maiori Armeniæ cōtermini, ubi por mōtes ta sunt Caspiæ, quæ sunt uia quædam eosdem interse Portæ cans montes, & quæ ut Solinus ait itinere manufacto Caspiæ panduntur, longo octo milibus passuum, nam latituz Solinus do uix est plastro pmeabilis. De Salmanassar uero an idem fuerit, quem Sennacharib appellant, animaduertendum reor, quod Hieronymus noster lib. x. commentariorū in Esaiam ait. Legi in cuiusdam commentarijs, ingens eundem esse Sennacharib & Salmanassar, qui & Samariā capit, quod omnino falsum est. Sa D



era enim narrat historia. Primū Phul regem Assyriorū sub Manaem rege Israel, uastasse decem tribus. Secundū Teglatphalassur sub Phaceæ filio Romelie rege Israel uenisse Samariam. Tertium Salmanassar sub Osee rege Israel totam uastasse Samariam. Quartum fuisse Sergon qui expugnauit Azotum. Quintū esse Raddon qui post trāslatum Israel, Samaritanos in terram Iudæam custodes miserit. Sextum Sennacharib, qui sub Ezechia rege Iudæe capta Lachis & cæteris Iudæe urbibus obsederit Hierusalem. Alij autem unum eundemq; multis putant nominibus appellari. Hucusq; Hieronymus. Neq; huic ultimæ assertiōi temporis potest obuiare prolixitas. Nam & intra quadraginta annos, & duæ tribus & dimidia sub Teglatphalassur translatae sunt, & ut diximus, ultima aliæq; tribuū sub Salmanassar est subsequuta captiuitas. Fuisse autē circiter hæc tempora potentissimū Arabum & Assyriorum regem Sennacharib. Cuius una nocte iuxta Hierusalem, centum octogintaquinq; milia exercitus Assyrii pestilentia corruerunt, ut plenissime narrat Berofus Chaldaicæ scriptor historiae. Huius etiam Herodotus secundo libro historiae suae meminit dicens, Sennacharib uero Assyriorum Arabumq; rex cum magnis copijs inuasit Aegyptum, & cū nolissent Aegyptij opitulari sacerdoti Vulcani, qui tunc apud eos regnauit nomine Sechom, sacerdotem consilij inopem in coenaculum se contulisse, ibiq; apud simulachrū cōplorasse, eiq; inter lamentationem irrepisse somnum.

Berofus  
Herodo.



Et inter quietem uisum astare deum exhortantem, nihil eum molesti passurum, si copijs Arabum obuiam iret, se enim ei auxiliarios missurum. His insomnijs fretum sacerdotem, sumptis Aegyptiorum his qui se qui se uellent, castra in Pelusio posuit. (hac enim intraditur Aegyptus) Nec eum fuisse quēpiam bellatorum sequutum, sed institores operarios & forenses homines. Et cum eo peruenissent, nocte effusam ipsis hostibus uim agrestium murium, qui illorum, tum pharetras, tum arcus, tum scutorum habenas obderunt. Ita ut postero die hostes armis exuti, fugam fecerint, multis amissis. Hactenus de regibus istis siue unus seu plurimi fuerint, & ex sacris literis & gentilium monumentis sint dicta. ¶ Considerandum preterea amplissimum illud Assyriorum imperium & monarchiam ante hæc tempora, sub Sardanapalo ultimo Assyriorum rege fuisse deletam, translataque in Medos, ab Arbace Medorum præfecto. Seruat tamen sacra historia modum suum, & unum pro altero regnum appellat. Verum tamen est, quod non parua potentia Reges Assyriorum permanserunt, post ereptam ab eis orientis monarchiam. Sane populata decem tribunum tera, ex diuersis gentibus iubet commigrare colonos in teram rex Assyrius, quos Græci Samaritas, id est pastores. Iudæi Iacobitas, id est Supplantatores appellabant, Qui idolis suis secum aduectis, terram colerent. ¶ Mittit in eos ultio diuina leones, quibus passim interficiebantur.



Quæ cum rex accepisset idcirco cōtingere, quia legitima Dei teræ coloni eius ignorarent. Remisit ad eos illico, ex gente captiua sacerdotē una cum lege Moy si. id est πεντατεύχῳ antiquioribus literis conscripto. Quare legitima Dei Israel, simul & circūcisionem suscipientes, idolis suis nō minus in excelsis sacrificabāt.

**Samaria** Ab his igitur hæc tera Samaria dicta primum est, similiter & ciuitas metropolis eius eodem est appellata nomine, quæ post ab Herode græce σεβαστη, id est Augusta nominata est. Etsi frequenter ante hanc uastationem regnum illud Samaria, a sacra sit appellatum historia, per anticipationem accipiendum est, quæ non modo apud seculi autores, uerum & ecclesiasticos frequens est.

**Hierony.** Sic beatus Hieronymus Ezechielem in latinum conuertens, ciuitatem Aegypti ipsius prophetae temporibus, non appellatam Alexandriam, transtulit. non quod Ezechielis tempore Alexandria fuerit, sed postea cum Hieronymus transferret Alexandria nominabat. Sic

**Virgilius.** Virgilius primo Aeneidos, Lauinae uenit litora, de Aenea loquens, non quod eo tempore quando Aeneas uenit in Latium, Lauina dicerentur, sed quæ postea Lauina nunc upata sunt. Hæc idcirco fiunt (eodem teste Hieronymo, nono in Ezechielem libro) ut manifestior locus fiat lectoris intelligentiæ. Hæc de decem tribuum captiuitate dicta sint hactenus. Nunc uero ad regni Iudæ, regie simul urbis, & templi illius euersionem properemus. Prius tamen indignam Iosia regis necem describentes.

¶ De morte Iosia regis, & uaria filiorum suorum ac ne



potum fortuna, templiq; & ciuitatis sub Chaldæis ex-  
cidio, & captiui populi in Babylonem traductione.

¶ Caplm. VII.



Hinc post annos circiter centum, tres & triginta. Cum Iosias idolorum quibus to Iosias.  
ta infecta Iudæa fuerat uindicacissimus  
rex Iuda regnasset, scelerati patris ius-  
tissimus filius, a rege Nechaone Aegypti, cum q; bel-  
lo congressus est occiditur dum uiam ei per Iudæam  
aduersus Assyriorum regem ualido exercitu properan-  
tem negauisset. Cuius indignam necem, etsi omnis Iu-  
da deplanxit, Hieremias tamen qui tertio decimo eius Hieremi.  
anno, iam iuuenis incoeperat pphetare, sacro suo car-  
mine sil & futuram breui ciuitatis suae ruinam, q;druplici  
planxit alphabeto. Quo carminis genere (quod Græ-  
ci *ῥήματα* appellant) Simonides poeta lyricus primum Threnos  
apud Græcos usus est, qui annis quadraginta Iosiae mor Simonides  
tem antecessit. Et dici potest latinæ lamētum, uel plā-  
ctus. Estq; genus metri quod in clarorum hominum fu-  
neribus decantabatur. Confosso igitur Aegyptio mu-  
rone iustissimo rege, Ioachas qui & Sellum dictus est  
secundogenitum filium eius populi teræ regem appellauit.  
Qui ut *παράκλητος* liber testimonio est, a rege Aegy-  
pti amotus & uinctus est. Nam ut Iosephus autor est, Iosephus.  
Rex Aegyptiorum dum fuisset a pugna reuersus, euo-  
cauit Ioachas ad semetipsum de ciuitate Syriae, quae di-  
citur Emioth, quo cum uenisset. repente eum uinxit, &  
seniori eius fratri, ex eodem patre progenito nomine  
Eliachim tradidit regnum, nomen ei mutans Ioachim, Ioachim

D iij



eidemq; tributum (centum talenta argenti, & unū aurī) imperauit. Erat hic Ioachim natura nequam, & iniustissimus, neq; deum neq; homines curans. Huius regni anno quarto, mira emergens uirtute Babyloniorū rex Nabuchodonosor, uir natus in concussione terrarum, & terribilis peccatorū ultor a deo missus. Aegyptij Nechaonis imperium subuertere adorsus est, sub quo non modo Aegyptus, uerū omnis Syria tenebat. Cuius cū Nechaon conatus aduertisset, non expectato Nabuchodonosoris aduentu, spe plenus, & superbia tumēs, aduersus eum infesto tendit exercitu. Ad Euphraten itaq; acerrima pugna cōseritur, uinciturq; Nechaon. Euphratē uero Nabuchodonosor trañciens oēm Syriam ad Pelusium usq; (quo terminus est Aegypti & qua solum inuadi potest) præter Iudæam, in suā redegit potestatem. Deinde anno Ioachim octauo, qui Nabuchodonosor quartus fuit, rex Babylonius magno contra Iudæos exercitu ueniens, aut dimiscaturus, aut sane imperaturus tributa, in Iudæa castrametatus ē, ac prouinciā crudelissime populabatur. Redactisq; in ditionem suam plurimis Iudæorū, partē uasorū templi inuasit, ductis secum inf cæteros uel captiuos uel obsides (ut dicere uelimus) Daniele, Azaria, & Misaele, de semine regio pueris. Territus his Ioachim, & barbari regis efferata uictus potētia, tributa quotannis pendere pollicetur, quæ tribus annis imperata subiit. Verū anno tertio, audiens Aegyptios qui se ad magnum bellum parabant aduersus Babylonios denuo pugnaturus, tributa negauit. Sed spe bellicorū



motum Aegypti deceptus est. Nam pugnare aduer-  
 sus Nabuchodonosor Aegyptij minime praesumpse-  
 runt. Porro Hieremias, sicut & alij prophetae plures  
 Iudae regnum ruiturum, urbemque & templum delenda pre-  
 dixerant. Vaticinabaturque quotidie Hieremias, quia  
 frustra Aegyptiorum spe tenerentur, sed civitati imp-  
 dere, ut vastaretur a rege Babylonis, & rex ipse Ioa-  
 chim ab eodem uinceretur. Sed haec nulla dicebat uti-  
 litate, quoniam qui crederet inuentus est nemo, agente  
 hoc in eorum cordibus ob maxima eorum scelera diuina ul-  
 tione. Irruentem igitur contra se, horride tempestatis  
 instar, cum ingenti exercitu regem Babylonis, sub pa-  
 ce & foedere, ut Iosephus ait. Rex Iochim in ciuitate Iosephus  
 suscepit. Sed ciuitatem ingresso rege Babylonis, bar-  
 barica fraude nequaquam fidem seruans, fortissimum  
 quemque iuuenem, & bellis aptum, pulchritudineque decorum  
 occidit. Trucidato insuper rege Iochim, quem extra  
 urbis portas sub ipsis menibus insepultum iussit abijci.  
 In illius autem locum filium eius Iochim, qui & dictus est  
 Ieconias substituit. Eos autem qui in magistratibus erant co-  
 stituti, ad tria usque milia captiuos in Babylonem abdu-  
 xit. In quos propheta fuit Ezechiel adhuc pene pu-  
 er. Ieconias autem tribus tantum mensibus regnavit, diebus  
 decem. Recedenti enim cum exercitu Nabuchod. uenit in  
 mentem, ne paterne necis memorem Ieconias iunctus Aegy-  
 ptijs nouas rebelliois turbas excitaret. Misso igitur exer-  
 citu (ut ait Iosephus) Ieconiam in Hierosolyma rur- Iosephus.  
 sus obsedit. Ille autem quia natura benignus & iustus fu-  
 it, Hieremiae auscultauit, ne ciuitas propter se mala pateret



ref, m̄em sumēs & cognatos, obsides Babyloniorū ducibus tradidit, accepto ab eis iureiurādo, se ciuitatēq; ab eis tutā fore. Sed rex fidefragus ducum suorū post habito iureiurādo impauit, ut oēs etate ualentes iuuenenes, sil' & artifices, captiuos ad se adducerent, quorū nūerus decē milīū octīngentorū & trigīntaduorū fuit. Abduxit & ioachīm cū m̄e & amicis. Hęc autē deditio trāsmigratio Iudæ dicit̄. a q̄ nōnulli supputare uident̄ lxx. captiuitatis Iudæ annos, ut postea dīgeremus. Patruū autē ioachīm Iosīæ filiū Sedechiam natura impiū & supbū, imperās ei tributa, regē cōstituit. Hic regni eius anno octauo, Babylonicū a se uolēs excutere iugū, ad Aegyptiorū regē penetrauit, ut ei foedere & societate uinctus, aduersus Babylonicā posset seruitutē repugnare. Quæ res regi Babylonis compta, magnō ille & formidabilī exercitū e Babylone cōtra Iudæam mouit, & obuia quæq; munita prosternens, ad ipsam Hierosolymorū urbem infestissimū admouit exercitū, & quarto iam ab eo arctius obsidef. Rex uero Aegyptius confœderatum sibi & amicum Sedechiam a Babylonijs obsessum audiens, ingentes & ipse uires contrahit, magnorū exercitū prouens in Iudæam, eam si posset soluturus obsidionē, q̄ rex amicus & cōfoederatus claudebat. Sed Babylonijs Nabucho, puocari nō ferēs ab Aegypto, Hierosolymorū obsidione inmissa, Aegypto furēs & indignās occurrit, eumq; conferto praelio uictū Syria excedere cōpulit. Illudebant pseudo in teā pphetæ sanctissimo Hieremiæ Sedechiā desipientes, ruiturū dicentes pculdubio nūc Chaldæorū



imperium, neque eos rursus contra se pugnatos. Verum contribules suos qui de provincia sua ad Babylonem commigrassent, cum Dei & templi uasis quae rex impius abstulerat redituros. Sed plenus Deo Hieremias his contraria atque uera per medium urbis ingressus, clamans prophetauit, & dicens male eos facere & perdit, qui regi talia & populo suggererent, quando ab Aegyptijs nullum esset auxiliũ (ut puta uictis) expectandum. Nec eum diuinus quo loquebatur spiritus fallere potuit. Victis namque & fugatis Aegyptijs, ad intermissam Hierosolymae obsidionem Nabuchodonosor uictorem reduxit exercitum. Iuxta etiã Ezechielis uaticinium, aduersus miseram & iam iam perituram urbem, obsidionem ordinauit, munitiones adificauit, & aggeres comportauit, deditque contra eam castra & arietes in circũitu posuit. Qua tam arcta & miserabili obsidione, misero rege & infelicissimis ciuibus, morbo squalore & inedia pene consumptis, obstinata adhuc mente, salubre sancti prophetæ consilium aspernati sunt. Quo factum est ut undecimo Sedechiae anno, obsidionis uero decimo octauo mense, circa noctis medium urbs miserrima caperetur, hostiumque principes sanctum Deo templum ingressi sunt. Quis cladem illius noctis: quis funera fando  
 Explicet: aut lachrymis possit aequare labores:  
 Virgilius.  
 Urbs antiqua ruit multos dominata per annos.  
 Luctus, ubique pavor, & plurima mortis imago.  
 Rex uero Sedechias principesque eius & amici, urbe capta per desertum (ut Iosephus ait) ualde tutissimũ fu- Iosephus



gierunt. Quod cum a deditiis quibusdam Babylo-  
 nis significatum fuisset, persequi eum aggressi sunt.  
 Et in hierichontinis interceptum campis, cum uxore  
 & liberis ad regem adduxerunt, quem conspectu Na-  
 buchodonosor impium & infelicem uocare cepit, &  
 iurisiurandi immemorem, eo quod aduersus munificum lar-  
 gitorem suum hostiliter egisse uidebatur. Magnus in-  
 quiens deus tuam habens odio nequam, te nostro sub-  
 iugauit imperio. Et quod tanto regi miserrimum fuit,  
 filios eius, & amicos, ipso & ceteris concaptiuis inspi-  
 cientibus obtruncauit, ipsi oculos eruens, orbum lu-  
 mine. grauemque cathenis uinctum in Babylonem ab-  
 duxit. Qua re Hieremiae & Ezechielis qui aduersa si-  
 bi prophetae uidebantur uaticinia uera fuisse com-  
 pertum est. Nam iuxta Hieremiam, in Babylonem est  
 ductus Sedechias, & iuxta Ezechielis sententiam, Ba-  
 bylonem non uidit, quia utroque orbis lumine, caecus  
 & uinctus, ad eam ducebatur captiuus. Mittit interea  
 Nabuzardan principem rex Nabuchodonosor, ut omnem  
 templi preciosam suppellectilem auferens angustissimum  
 illud templum cui aliud in toto orbe terrarum comparari non  
 poterat, domumque regiam & totius orientis inclytam  
 urbem solo aequaret, & incenderet, librosque diuinae le-  
 gis flammis exureret quod factum impiissimi regis cru-  
 delis minister executus est. Hunc igitur finem regnum  
 illud nobile habuit, urbsque euerfa est totius clarissima  
 orientis. Templumque exustum est, admirabile, non lu-  
 daeis modo sed etiam exteris gentibus uenerabile, in  
 cuius aedificatione tot artificum manus tam clara iuge



nia defudarunt, tanta uis æris & auri cōsumpta est. Regnatum est autem in Iuda a primo Saul ad ultimū Sedechiam per reges unum & uiginti, annis secundum supputationem libri Regum ferme quingentis. Iosephi uero quingentis & quatuordecim, aliq̄t mēsis, & diebus. Tēplū uero a prima eius fundatione, quādringētis ac. xliij. annis steterat, ut Euseb. & Hiero. Eusebius. supputare uidentur. Quo & septima & quadragesima Hierony. Olympias teste (iuxta eundē Euseb.) Clemēte celebra Clemens. ta ē. Hoc autē regni Iudæ exterminium, urbis uastitas, & euersio templi uera Iudæ fuit captiuitas. Cuius septuaginta anni tripliciter supputantur. Secundum quōsdam a Iosia Iudæorū regis anno tertio decimo, quē ab Aegyptijs interfectum diximus, quo Hieremias matris in utero sanctificatus, orsus ē prophetare, usq̄ ad primū annum Cyri potentissimi Persarū regis, quo ut postea dicemus laxata captiuitas ē. Porro scđm alios a tertio anno Eliachim, q̄ primū Nabuchod. ut supra notauim⁹ Iudæā subegit, usq̄ ad annū. xx. Cyri Persarū regis. Tertio a desolatione templi urbisq̄ incensione & euersione, usq̄ ad. ij. Darij annū, q̄ templū sub Zorobabel & Esdra extractū, & restauratū ē. Vbi cōsiderandū reor, q̄a remissio captiuitatis Iudæorū, & uenia edificandi templi sub Cyro exordiū habuit, sed sub Darío consummat. Vicine nāq̄ gentes, assiduis incursionibus, ædificationē tēpli a Cyro pmissā impediēbant, ut postea describemus. Et hi sūt sex & xl. āni q̄bus & in euangelio hæc tēpli ædificatio dño saluatori a Iudæis obijcitur, i. a primo anno Cyri usq̄ ad secundū Darij.



sub cuius edicto. consummandæ ædificationis templi  
uenia facultasq; concessa est.

¶ De Babylonia quam præpotēs & admirabilis ci-  
uitas fuit, deq; eius rege Nabuchodonosor, ac eius fi-  
lio ac nepotibus. Et quo pacto Babylonia bis capta  
tandem in horrendam diuina comminatione redacta  
est solitudinem. ¶ Caplm. VIII. & ultimū.



Ibet hoc loco (uir mihi quidem obser-  
uandissime) paulisper a sacrae historie  
cursu declinare, & de efferato & potē-  
tissimo rege Nabuchodonosor & ur-  
be eius Babylonia, quid ī antiquis sit

Babylon  
Hierony.

Chaldaea  
Lucanus

scriptum historijs, quas ego quidem attigisse potui, in  
medium afferre. ¶ Babylon igitur quæ (beato Hiero-  
nymo teste) hebraicæ dicitur Babel, interpretaturq; cō-  
fusio, eo q; ibi ædificantium turrim. sermo cōfusus sit,  
potentissima fuit, ut magnis autoribus referentibus  
audiemus. Arx autem illius urbis fuit turris, quæ edi-  
ficata post diluuium, in altitudinē dicitur tenere qua-  
tuor milia passuum, paulatim de lato in angustias co-  
artata, ut pondus imminens facilius a latioribus sustē-  
tetur. Describunt autores in ea, templa marmorea, au-  
reas statuas, plateas auro lapidibusq; fulgētes, & mul-  
ta alia, quæ pene uidentur incredibilia. Hęc Chaldaea  
metropolis fuit, & regni sedes, De qua Lucanus pri-  
mo Pharsalicæ suæ.

Cunq; superba foret Babylon spolianda trophæis.  
Et adeo fuit nobilis (ut postea referemus) ut Chaldaea



am totam & Mesopotamiam a se Babyloniam appellavit. Hanc omnes Græci & Latini Historici pariter & Poetæ, a Semiramide regina conditam referunt, dicentem Semiramis te in præclaro opere suo Ouidio, libro. iij. Metamor Ovidius. phoseos, ubi dicitur altam coctilibus muris cinxisse Semiramis urbem. Et si Iosephus & Danielis liber a Naz Iosephus buchodonosor, conditam referunt. Intelligendum esse Danielis librorum, illum hanc ampliasset, & ambitiosissime exornasset. Ber. se, ut Constantinopolis a Constantino condita scribitur Constanti tur, non quod eam ipse primus edificauerit, cum a Lacedæmonio Pausania primum condita sit, appellataque Bizantium ut Iustinus in epitomis suis, ceterique tradunt, sed longe maiori eam murorum ambitu cinxisse Constantinum, publicisque & privatis auxisset: iuxta augustalem magnificentiam ædificijs. Cõgruit in parte huic sententiæ apud Eusebium Abydemus, qui de Babylone Eusebius scribens, Omnia (inquit) illa loca aquis contacta fuisse Abydem se dicuntur. Belus autem regionem siccaste perhibetur. Belus. tur, & Babyloniam condidisse, quæ menia aquarum illuvione deleta, Nabuchodonosor restituit, quæ remanent ad hæc usque Macedonum tempora. Huius autem muri (teste Strabone in sextodecimo Geographiæ) Strabo ambitum habent trecentorum & octogintaquinque stadiorum, crassitudinem pedum trigintaduorum, altitudinem inter turres. cubitorum quinquagenum, turrium ipsarum sexagenum, viam super menibus tam latam, ut quadrigæ concurrentes, facile prætransire possint. Unde & hæc ex septem spectaculis unum dicitur. Item horti pensiles in figura quadrata, quorum latus quodlibet quatuor est iugerum. Herodotus vero histor. suarum lib. i. Huiusmodi urbs inquit (Babylonem significans) in ingenti planis



tie sita est, forma quadrata, magnitudine quatuorcentis  
centenū uicenum stadiorū, In summa quadringentorū &  
octoginta in circūitu quatuor laterū urbis. Tanta est  
ingit Babylonici oppidi magnitudo, quod ita exornatum  
ē, ut aliud nullū eorū, quæ nos nouimus. Iam primū  
fossa ambit alta atq; lata, aquæ plena. Deinde murus  
quingenta cubitorū crassitudine, ducentorū celsi-  
tudine. Eius per ambitum centum portæ stabāt æreæ  
oēs, cum cardinibus postibusq;. Eius autē due sunt pla-  
gæ, quas interfluit fluuius nomine Euphrates, qui ma-  
gnus, & altus, & celer, ex Armenijs in rubrū mare de-  
currit, in hūc uterq; murus lacertos exporrigit, eiusq;  
incuruæ utrinq; ripæ, coctilibus lateribus, p materia  
pretexunt. Ipsa urbs plena domibus ē, ternarū quaternarūq;  
cōtignationū, secta in uias rectas, & cetera multa  
quæ ad longū elegatissime psequit. Plynii. uero & So-  
linus Chaldeæ gentis caput Babyloniā esse (ut supra  
notauimus) dicunt, tā nobile ut ppter eam Assyrii, &  
Mesopotamij, in Babyloniæ nomē trāsierint. Et urbs  
est (ingunt) lx. milia passuum circūitu patēs, muris cir-  
cūdata, quorū altitudo ducētos pedes ternis digitis ul-  
tra quā mēsurā nra altioribus. Interluit Euphrate, Bel-  
louis tēplū quē inuentorē syderalis disciplinæ dicunt.  
Bel. Baal in se habet, & quē in sacris lris Bel aut Baal appellatū  
legimus. Habuit hæc tāta & stupēda ciuitas reges cō-  
plures, & reginas quæ apud eā regnarent tm̄ duas, us-  
q; ad Nabuchodo. prima eius regina Semiramis fuit,  
quæ eā (ut diximus) cōdidit, decimo natiuitatis Abraę  
anno, Assyrijs post mortē Ninii primi apud eos regis  
impans, de qua plima apud autores cōscripta sunt, ut  
apud Herod., Iust. & Plyn. Fuit & alia apud Assyrios

Plynii  
Solinus

Belus

Bel. Baal

Semiramis

Herodo.  
Iustinus  
Plynii



regina imperans Nitocris nomine, Semiramide, ut ait Nitocris  
 Herodotus solertior, cuius gesta magna trāsies ius  
 cundū quē cōmenta ē dolū, tantū narrasse sit satis. Su  
 pra portas urbis Babylonīe celeberrimas, in loco edi  
 to, atq; cōspicuo, sepulchrū sibi construxit, idq; his lris  
 inscripsit. Si cui regū Babylonis post me futuroꝝ, fue  
 rit pecuniæ penuria, apto sepulchro sumat quantūcū  
 q; libuerit, pecunię dūtaxat indigēs, aliq; ne apiat. Hoc  
 sepulchrū tādiu fuit imotū, dū regnū puenit ad Dariū.  
 Is indignū esse ratus, se neq; uti qppia his portis (ideo  
 aut nō utebat q; supra caput trāseuntis mortuus situs  
 esset) neq; sumere pecunias repositas, & eas ipm, puo  
 cātes, reserauit monumentū. In q; non qdem pecunias  
 inuenit, sed mortuū & lras ita dicētes. Nisi pecunia es  
 ses inexplebil, & turpis lucri auidus, haud aperuisses  
 urnas defunctorū. Regū at Babylonis q; ab Herodoto  
 describit, in mīssio catalago, ad Nabucho. redeamus.  
 Huius em ingētes uictorias, & res gestas, nō solum sa  
 crae, sed & græce, & barbare, narrāt historię. Polyston Polyston.  
 em ut ē apud Euseb. Pā. & de Hieremia, & Nabucho. Euse. Pā.  
 in hūc modū scribit, quod sacris lris plimū conuenire  
 uidet. T pibus inqt Ioachim Hierem, pphetauit, q; mis  
 sus a deo cū ludæos aureo simulachro cui nomen erat  
 Baal sacrificātes, repisset, futurā eis, ppter hoc calamī  
 tatē prædixit. Venissetq; Nabuchod. Babylonioꝝ re  
 gē, ac Astybare Medoꝝ rege in auxiliū adducto, cen  
 tū & lxxx. peditū, eqtum centū & xx. milia, ac decem  
 milia curruū, primo Samaritanas oēs urbes, Galileam,  
 Scytopolim, & Galitidē euertisse, Deinde Hierosoly  
 mā, & ludæoꝝ regē Ioachim. uiuum capisse. Et aurę  
 & argentū, æs, cæteraq; omnia, quæ in tēplo fuerunt.







super in Indicijs & Phœnicis historijs, toto triennio & decem mensibus, Tyræ eum obsedisse commemorat, ut Ezechiel longa aduersus Tyræ prophetia prædixit Ezechiel rat, sed post euersam Hierosolymā, hoc eū fecisse crediderim. Sed & efferatiōis eius, quam in Daniele descriptam legimus. Megasthenes (teste eodē Iosepho Megasthenes. & Eusebio Pamphili) meminuit dicēs Nabuchodonosor Hercules robustiorem fuisse, uniuersamq; Libyæ Iosephus am, cæteraq; Asiam, usq; ad Armenios domuisse, quæ Euseb. Pā. Chaldæi dicunt (inquit) cum in regnum suum redisset, furore diuinitus captum, magna exclamasse uoce. Futuram o Babylonij uobis ego calamitatem prænūcio, quam neq; Belus ille, neq; ulla uis Deorū auertet. Veniet Persa, qui uobis afferet seruitutem. Cyræ Persarū regem designās, ut statim referemus. Mortuo igitur cum tribus & quadraginta annis regnasset Nabuchodonosor, succedit ei filius, qui Euilmerodach uocabatur, de quo scribit Hieremias, q̄ in primo anno regni sui, leuauerit caput Ioachin regis Iudæ, & duxit eū de carcere. Habuitq; (ut Iosephus, ait) inter necessarios amicos, & multa ei dona cōcessit, fecitq; eum in Babylonia inter reges haberi. ¶ Post mortem uero Euilmerodach, qui decem & octo regnauit annis, in regnū patris eius (ut Hieronymus auctor est) filius eius Neuglisar, post quem filius eius Laborsordoch, quo mortuo filius eius Balthasar. regnum tenuit, quem sacra Danielis historia commemorat, non Nabuchodonosor filius, ut imperitiores autumant, morem scripturæ historia sanctæ non intelligentes. patrem pro abauo, aut tritauo, poni. Hic cum grande conuiuium ritu barbarico reginis ac concubinis instruxisset, iussissetq; aurea &



argentea uasa dei afferri, quæ tritauus eius Nabuchonosor de perustis Hierosolymis adduxerat, & quibus ipse usus non fuerat, sed in templo Dei sui consecraverat Beli) Vidit rex commessabūdus inter pocula scribentem in pariete manum, sermonem incognitum sibi, scilicet MANE. id est numerauit Deus regnum tuum, atq; compleuit. THETEL. id est appendit in statera iudicij sui, & ante te iugulabit gladius, quā natura dissoluet. PHARES. i. Imperium tuum in Medos diuidetur, & Persas. Continuo ciuitas ipsa capta ē Babylon, rex ipse sacrilegus in capta urbe obrunctus. Babylonē autē bis a Persis captā legimus, primo a Cyro, Secundo cum rebellasset, a Dario histaspis, q̄ Cambyse filio Cyri (interfectis q̄ inuaseraunt regnum Magis) successit. ¶ Cyrus itaq; iuxta Esaie uaticiniū, quē dñs aduersus Babylonē suscitauit, regnum Persarum adeptus, cæterisq; domitis p̄ circuitum gentibus, in Babylonios mouit, testeq; Herodoto ac Iustino ad Gindem peruenit amnē, quē cum traicere nō nisi nauibus posset, quidam ex candidis equis, qui sacri apud Persas habentur, petulanter ingressus fluuium transire conabat, sed hunc fluuius uorticibus contorquens, obrutum abripuit. Seneca uero libro tertio de ira, & Iustinus quendam ex militibus regi summe dilectum fuisse aiunt, qui fluminis rapacitate absorptus sit. Rex iratus amicum ulcisci statuit, iurans qui nunc præclarum equitem uorauisset, mox uix tingeret genua mulieris. Nec in peragendo segnior. Nam expeditione in Babylone intermissa, copias suas bifariā diuisit, deinde alueos ad funiculum designauit, cētenos & octogenos utrinq; ad Gindis labra omnino cōuersos, quos

Mane  
Thetel

Phares

Esaías

Seneca.  
Iustinus



distributis copijs, effodí iussit. Et opus quidē, ut quod a tanta multitudine fieret perficiebatur, tamen in eo faciendo solidam eam æstatem triuerunt. Cyrus ubi Gindem mulctauit, in trecentos & sexaginta riuos ductum, & alterum uer illuxerat, ad Babyloniam ire contendit, Babylonijs eum producto exercitu prestantibus, qui ubi propius urbem promouit, cum eo conflixerunt, prælioque fugati in oppidum se receperunt. Hi tamen quia Cyrum inquietum uiderant, & cunctas gentes aggredientem, comportauerunt multorum annorum commeatus, ideoque tunc obsidionem nullius momenti faciebant. Et Cyrus cum iam longo tempore nihil admodum res proficeret, inops consilij fuit. Tandem siue ab alio sibi suggestum fuit, siue ipsi in mentem uenit, sic statuit faciendum. Instructis enim uniuersis copijs, partim qua fluuius urbem ingreditur, partim a tergo qua egreditur, imperauit. ut dum cererent alueum posse transiri, illac urbem inuaderent. Ipse uero cum inutiliori exercitus parte abiit, ad stagnum in quod prioribus solebat temporibus influere Euphrates, antequam eum Mitocris regina (de qua supra mentionem est) in altum reduxit alueum, aggestis immensi operibus. Eo ubi Cyrus peruenit, que Babyloniorum regina fecerat, apud flumen, & apud stagnum, quod erat palus, eadem ipse fecit. Nam reuocato in paludem flumine, alueum eius uado transibile reddidit. Id tale ubi actum est, Persęque ad ipsum instructi erant, per alueum unde fluuius Euphrates abscesserat, mediorem fere femorem tenus gnauiter Babylonem introierunt. Quos Babylonij si factum Cyri, aut audissent, aut sensissent, haud dubie contempto eorum ingressu, pessimo exitio affecissent. Nam obseratis omnibus



quæ ad flumē ferūt portus, cōscensiscq̄ septis, ipsi p̄ri-  
 pis stantes, illos p̄gressos ueluti in cauea excepissent.  
 Nunc ex inopinato eis Perse astiterunt, & cum capti  
 essent, qui media urbis incolebant Babylonij, propter  
 eius tamen magnitudinem non sentiebantur (ut fert̄)  
 ab his qui circa extrema habitabant. Sed quoniam die  
 es festus eis esset, exercendis choreis atq̄ oblectationi-  
 bus opera dabatur, donec plane rem animaduertērūt.  
 Ita primū capta est Babylon a Cyro potentissimo Per-  
 sarū rege, & auunculo eius Dario Astyagis ut nōnul-  
 lis placet Medorū regis filio, quem & Græci (ut Hiero-  
 ro. ait) Astyagem appellant. Quadrāt hęc Herodoti  
 dicta, sacræ Danielis narratiōi, & Iosepho, qui magnū  
 (ut superius diximus) conuiuium celebrasse narrant  
 Balthasar, imminēte sibi interitu, & urbi captiuitate.  
 Triginta post hęc annis a Dario Histaspis hoc modo  
 secundo capta est Babylon. Assumpto siquidem post  
 cædem Magorū ad regnum Persarū Dario, Babylonij  
 rebellauerunt, ad obsidionem quam longissime tole-  
 randam, rebus om̄ibus probe comparatis. Darius ad-  
 uersus eos contractis omnibus copijs contendit, urbē  
 q̄ obsidione cingit. Sed ipsi nihilipendere obsidionē,  
 nam conscensis muroꝝ propugnaculis, tripudiare p̄-  
 braq̄ ingerere Dario, atq̄ exercitui. Is cum annum &  
 septem menses in obsidione consumpsisset, perdolitū  
 cuidam ex Persarū principibus est Zopyro. Is de for-  
 missima sese mutilatiōe affecit, quippe nares sibi p̄-  
 cidit, auriculasq̄, comam deformiter circūtondit, plas-  
 gas imposuit, atq̄ ita ad Darium prexit, quem ille in-  
 tuens uirū spectatissimū, exiliens e solio exclamauit.  
 Quis eum, ob quod facinus mutilasset? Ad eum Zo-

Hierony.  
 Herodo.  
 Daniel  
 Iosephus,



pyrus. Nemo (inquit) o rex præter te cuius est tanta potētia, ita me potuisset afficere, neq̄ alienus hoc q̄s-  
piam mihi fecit, sed ipse ego, quod indigne fero Baby-  
lonios Persis illudere. Sed si tecū cōmunicassem quæ  
eram facturus, tu me non permisisses, nunc memet in  
consilium adhibens id feci. Itaq̄ iam Babylonem ca-  
piemus, nisi tu tuis parces. Ego enim uti sum ad mu-  
ros transfuga fugiam, dicamq̄ ad illos hæc abs te pas-  
sum, & ut opinor ex hoc corporis habitu fidem eis fa-  
ciens, consequar exercitus præfecturam. At tu decimo  
die postquam introgressus sum, mille milites quo-  
rum amissioe paræ tibi dāni fiat, colloca aduersus por-  
tam quæ Semiramidis uocatur. Rursus interiectis se-  
ptem diebus, colloca duo milia ad portas quæ dicunt̄  
Ninior̄. At tertio uiginti diebus interiectis e regio-  
ne portar̄ quæ dicuntur Chaldæor̄, alios statue nu-  
mero quatuor milia, dum neq̄ priores neq̄ postero-  
res habeant, quo se defendant, præter gladios. Post di-  
em uicesimū reliquas copias iube, recta muros undiq̄  
subire uia. Ver̄ ad portas quæ Belides & Cyssie dicū-  
tur, operam ediderim, committēt enim mihi, cum alia,  
tū portar̄ clauēs. Illinc mihi atq̄ Persis curæ erit ope-  
ram nauare. Hæc dicens ut turpiter mutulatus erat, tan-  
quam uere perfuga ad muros contendit, quē sub ipso  
muro conspectum Babylonij, quisnam esset? aut cuius  
rei indigens uenisset, sciscitabantur. Cūq̄ Zopy-  
rum se diceret, transfugisseq̄ ad Babylonios, ad magis-  
tratus eum ducunt. Ante quos conditionem suā mi-  
serans, referebat hæc sua mala a Dario passum, q̄ suas



fisset illi discedere cum exercitu, quoniã spes nulla ur-  
 bis expugnande mihi uideretur. Ad uos aut̃ (inquit)  
 nunc uenio, ita maximo uobis bono futurus, sicut Da-  
 rio & exercitui eius maximo malo. Neq; em̃ q; me ita  
 mutilauit impune feret, habente me omnium consilio-  
 rum suor̃ exploratos exitus. Babylonij uero uirum  
 apud Persas magnum, ita auribus naribusq; truncatũ  
 cernentes, sperantesq; uera dicere, & ad se sociũ uenif-  
 se, facile inducti sunt, ad permittenda ei quecunq; po-  
 stulasset. Iste postulauit copias militum, quas ut accep-  
 pit perfecit ea quæ cum Dario composuerat. Siqdem  
 decimo die eductis Babylonior̃ copijs, mille Darias  
 nos trucidauit. Eum Babylonij aduertentes consen-  
 tanea uerbis facta præstare, maiorem in modum læta-  
 bantur, parati omni in re homini parere. Iste interie-  
 ctis diebus de qbus erat conuentum, cum delectis Ba-  
 bylonior̃ egressus, duo milia Darianor̃ militum in-  
 terfecit. Rursus alijs constitutis diebus supersedens, &  
 quatuor milia occidit. Quo tertio opere edito, Zopy-  
 rus omnia apud Babylonios erat, ita ut dux exercitus,  
 & muroꝝ custos declararetur. Postremo ubi e compo-  
 sito Darius undiq; muris admouit, imperat Babylo-  
 nijs, copias Darij adoriētes muris arcerent. Ipse aper-  
 tis Cyssijs atq; Belidibus portis, Persas in urbem intro-  
 duxit. Quod factum Babylonior̃ qui uidebant, hi in  
 suo qsq; loco permanserunt, donec & ipsi se proditos  
 intellexerunt. Ita Babylon iterũ capta est, qua potitus  
 Darius, muros eius circũcidit, & portas omnes amoli-  
 tus est, quor̃ Cyrus neutrum fecerat. Ita Esaiæ Hiere-

Esaias  
 Hieremias



miæ & Danielis uaticinia, contra Babylonem & eius Danielis regem Nabuchodonosor, ac eius pronepotem Balthasar sunt expleta. Malleusq; contritus est uniuersæ terræ, & demum iuxta Esaiæ sententiam, in uastam reducta est solitudinem, dicente eodem propheta. Erit Babylon illa gloriosa, in regnis inclyta, in supbia Chaldaeorum sicut subuertit Deus Sodomam & Gomorram, non habitabitur in sempiternum, nec ponet ibi tentoria Arabs, nec pastores regescent ibi, sed erunt ibi bestiae, & replebuntur domus eorum draconibus, & habitabunt ibi strutiones, & pilosi saltabunt ibi, & respondebunt ulule in ædibus eius, & syrenæ in delubris uoluptatis. Vult propheta sanctus Hieronymo explanante. Quia intantum Babylon uastata erit, atq; deserta, ut ne ad pascua quidem armentorum, & pecorum utilis sit. Non enim tendet ibi Arabs Sarracenusq; tentoria, nec pastores post uestigia gregum fessi labore requiescent, & post longam uariamq; uerborum Esaiæ explanationem ait. Tanta erit urbis quondam potentissimæ populatio, ut præ multitudine demonum atq; bestiarum, nullus audeat in eam pastorum, id est deserti appetitor intrare. Didicimus idem inquit Hieronymus, a quodam fratre Elamita, qui de illis finibus egrediens, nunc Hierosolymis uitam exigit monachorum, uenationes regias esse in Babylone, & omnis generis bestias, murorum eius tantum ambitu contineri. Et sic uere de Babylone dici potest, quod de magnis urbibus quæ in Archadia erant, dictum est. ut ait in geographia Strabo. Magna ciuitas, magna solitudo est, Strabo



tit nostri temporis de Roma orbis olim domina cerne  
 Plato. re licet, diuinæ enim meminit Plato, omnia orta occi-  
 dunt, & aucta senescunt. Nec intelligendum est con-  
 tinuo Babylonem, postquam a Dario capta ē, ita des-  
 fertam, sed temporis successu, & potissimū post Ale-  
 xandri mortem, condita Seleucia omnino in solitudi-  
 nē redacta est. Persæ insuper pro ea Nisibim & Cresis-  
 phontem maximas & clarissimas urbes condiderunt.  
 Hæc habui, quæ de Babylone dicerem. Et quæ infini-  
 ta pene apud præstantissimos autores digesta sunt, p  
 ea qua potuimus breuitate perstrinximus. Licet forte  
 lectori succincto nimia p operis instituti qualitate uis-  
 debuntur. Sed euersam diuino iudicio Babylonem, &  
 in uastam solitudinem confusionis urbē redactam res-  
 linquentes, urbis Hierosolymæ instaurationem, repa-  
 rationemq; in ea templi resumemus. Quæ secundo hu-  
 ius operis libro præstabunt exordium.

¶ VRBIS HIEROSOLYMAE, TEM-  
 pliꝝ in ea, uariæ profanationis, ac euersionis, ad egre-  
 gium & spectatissimum uirꝝ dominum Hermannum  
 Langium Decanum Monasterien. Liber primus fi-  
 nit foeliciter.

¶ Incipit Secundus.

¶ DE FACVLTA TE IN PATRIAM  
 redeundi, & templi restaurandi Iudæis per Cyrꝝ Pers-  
 sariꝝ regem cōcessa. Et quo modo per uicinas gentes  
 assiduꝝ sint incursionibus impediti Iudæi. De morte



Cyri & regno Cambyfis. Et quomodo demū regnan-  
te Dario templum extruitur.

¶ Capitulum. I.



ELETO PER CYRVM  
in Balthasar, magno Babylonis  
orum imperio, tanto potitus re-  
gno Cyrus, expletisq; a. xiiij. an-  
no Iosia, quo primum Hieremi-  
as cœpit prophetare annis. lxx  
diuino Cyrus ut idem propheta

ante prædixerat, afflatus monitu intellexit, tantam se  
Dei munere uictoriam cōsequutum. Captiuitate igitur  
laxata, quinquaginta ferme hominum milia ex tribu  
Iuda, Beniamin, & Leui, cum magna parte uasorū do-  
mus domini, regredi fecit in Iudæam, argento, auro, &  
immensis opibus adiectis, ut templum domino instau-  
rari posset. Missis præterea ad prouinciæ præsides  
epistolis, ut in hac re Iudæis essent adiumento præce-  
pit. Tertio igitur anno post datam eis abeundi facul-  
tatem, sub Zorobabel principe, Zacharia, & Aggæo  
se admonentibus, primū in terram Iuda profecti sunt,  
quia Babylonis delitijs irretiti Iudæi, non ardentes ad-  
modum uisi sunt, in patriam redeundi, quia Iosepho te Iosephus  
ste, multi in Babylone residetes, minime passi sunt su-  
as relinquere possessiōes. Sed in terram Iuda eis ueniē-  
tibus. omnes reges amici eos adiuuabant, auræ & argen-  
tum equos & iumentorū magnum numerū conferen-  
tes. Extructo igitur primū holocaustorū altari, ingen-

F iij



tit nostri temporis de Roma orbis olim domina cerne  
 Plato. re licet, diuinæ enim meminit Plato, omnia orta occi-  
 dunt, & aucta senescunt. Nec intelligendum est con-  
 tinuo Babylonem, postquam a Dario capta ē, ita des-  
 fertam, sed temporis successu, & potissimū post Ale-  
 xandri mortem, condita Seleucia omnino in solitudi-  
 nē redacta est. Persæ insuper pro ea Nisibim & Cresi-  
 phontem maximas & clarissimas urbes condiderunt.  
 Hæc habui, quæ de Babylone dicerem. Et quæ infini-  
 ta pene apud præstantissimos autores digesta sunt, p  
 ea qua potuimus breuitate perstrinximus. Licet forte  
 lectori succincto nimia p operis instituti qualitate uis-  
 debuntur. Sed euersam diuino iudicio Babylonem, &  
 in uastam solitudinem confusionis urbē redactam res-  
 linquentes, urbis Hierosolymæ instaurationem, repa-  
 rationemq; in ea templi resumemus. Quæ secundo hu-  
 ius operis libro præstabunt exordium.

¶ VRBIS HIEROSOLYMAE, TEM-  
 pliꝫ in ea, uariæ profanationis, ac euersionis, ad egre-  
 gium & spectatissimum uirꝫ dominum Hermannum  
 Langium Decanum Monasterienꝫ. Liber primus fi-  
 nit foeliciter.

¶ Incipit Secundus.

¶ DE FACVLTA TE IN PATRIAM  
 redeundi, & templi restaurandi Iudæis per Cyrꝫ Pers-  
 sariꝫ regem cōcessa. Et quo modo per uicinas gentes  
 assiduꝫ sint incursionibus impediti Iudæi. De morte



Cyri & regno Cambyfis. Et quomodo demū regnan-  
te Dario templum extruitur.

¶ Capitulum. I.



ELETO PER CYRVM  
in Balthasar, magno Babylonis  
orum imperio, tanto potitus re-  
gno Cyrus, expletisq; a. xiiij. an-  
no Iosia, quo primum Hieremi-  
as coepit prophetare annis. lxx  
diuino Cyrus ut idem propheta

ante praedixerat, afflatus monitu intellexit, tantam se  
Dei munere uictoriam consequutum. Captiuitate igitur  
laxata, quinquaginta ferme hominum milia ex tribu  
Iuda, Benjamin, & Leui, cum magna parte uasorum do-  
mus domini, regredi fecit in Iudaeam, argento, auro, &  
immensis opibus adiectis, ut templum domino instaurari  
posset. Missis praeterea ad prouinciarum praesides  
epistolis, ut in hac re Iudaeis essent adiumento praecipit.  
Tertio igitur anno post datam eis abeundi facultatem,  
sub Zorobabel principe, Zacharia, & Aggaeo se admonentibus,  
primum in terram Iuda profecti sunt, quia Babylonis delitibus  
irretiti Iudaei, non ardentes admodum uisi sunt, in patriam  
redeundi, quia Iosepho te Iosephus  
ste, multi in Babylone residetes, minime passi sunt su-  
as relinquere possessiones. Sed in terram Iuda eis uenientibus,  
omnes reges amici eos adiuuabant, aurum & argen-  
tum equos & iumentorum magnum numerum conferentes.  
Exstructo igitur primum holocaustorum altari, ingen-



tes fundamentorū templi moles iecerūt, & cūm parietes sup instruere magno conarētur ardore, uisum est senioribus, q ante captiuitatem aliud templū uiderāt, istud multo futurū angustius, q̄ fuerat quod Salomon extruxerat. Istud enim cuius nūc iacta sunt fundamenta, ac surgere paulatim parietes uidebantur, intantum est uisum paruum, & prioris comparatione pene nihil, ut qui prius templum uiderant, & nunc istud aspiciabant, ingenti gemitu eiulantes, dolorem suū lachrymis testati sunt, ut mlto esset maior eiulantiū clamor, q̄ psallentium uoces, clangorq; tubarū, q tamen in Esdra libro magnus fuisse describitur. Interea omnes in circuitu gentes, & presertim q Samariam incolebant, quos Iosephus Cuthos uocat, tam acris diligentiaē tēpli instaurationi inuidentes, regios aggrediuntur p̄fectos, ut impediti uiderent, templi magnopere rogantes aedificationem, quos largitionibus & pecunijs dantis, in suam pellexere sententiam. Verū Cyrus ipse ingenti implicitus bello, quo aduersus Massagethas sepebat, hac nesciens emendare non poterat. Traiecto enim maximis copijs Euphrate, cum Thomiride Massagetharū regina congressus, primo quidem praelio uictor, altero succumbens interemptus est, ut eloquentissime describit Herodotus. Cui Cambyfes filius successit, quem sacra hystoria Iudith Nabuchodonosor appellat, & Esdrae liber Artaxersem, sub quo Iudith hystoria contigit. Cuius militiae princeps casus a Iudith, diuina uirtute, Holofernes fuisse creditur. Hic plane apertis edictis, templi & ciuitatis aedificationem Iudeis

Iosephus

*parfista ap  
fimo fimo di  
lone gndra  
and p fidi qm  
aliqui del ager  
de pofin fimo  
ex fofin uob  
quod pofin  
uob fimo  
fimo fimo  
uob fimo  
uob fimo  
uob fimo*

79

79



is interdixit Idē nero subiugata A egypto, cū in amen  
 tiā esset uersus, (ut tradunt A egyptij) quia Apim de  
 quo sup̄ius diximus, Deum A egyptiorū uulnerasset,  
 & sex ferme annis regnasset, in Damasco ut ait Iosephus  
 Iosephus sed Herodorus in A egypto uita excessit. Post Herodo.  
 mortem uero Cambysis, & Magorū q̄ uno anno mira  
 calliditate & fraude impium Persarū occupabat interi  
 tum, Darius histaspis a septem Persarū proceribus rex  
 appellatus est. Ad quem Zorobabel reuersi populi in  
 Iudæam dux regressus, eo q̄ priuati quondam Darij  
 fuisset amicus, gētis suæ si posset corā eo causam actu  
 rus. Qui ueniens corpis eius custos cum alijs duobus  
 effectus est. Qui regi noctem forte insomnē ducenti,  
 quæstionemq̄ ad tres corpis sui custodes elegantē p̄  
 ponenti, præ cæteris prudentissime satisfaciens, omnē  
 a rege miræ in modū responsione eius exhilarato gra  
 tiam eorū quæ peterē uellet cōsequutus est. Quæstio Quæstio  
 autē hmoi fuit, Quid in uinum regem, & mulierē sit pulchra  
 fortissimū: ac demū, an ne his fortitudine ueritas præ  
 stet. Ad hanc interrogationem, cū primus uini fortis  
 tudinem prætulisset, Alius regiam sup̄iorem esse po  
 tentiam contēderet, Tertius Zorobabel mulieris for  
 titudinem duobus sup̄ioribus præstantiorem esse de  
 monstrat, & demū q̄dem euidentē ostendit, & uino, re  
 ge, & muliere, longe præstare, & fortiorem esse uerita  
 tem. Ideo exclamat Cice. O magna uis ueritatis, quæ Cicero.  
 contra oīm ingeniorū calliditatem & solertiam, cōtra  
 q̄ fictas hoīm insidias, se p̄ seipsam defendit. Iustus idē  
 circo Zorobabel, ut ingentia abs se peteret, admones



bat eum, ut uotum quod deuouerat, si regnum Persarum assequeret adimpleret. Vouerat enim ante regnū Darius sese Hierosolymā reedificaturū, construere templum, & uasa remissurū, quæ Nabuchod. abstulerat. Istud autē (ait) o rex abs te peto, uti p̄icias. Exhilaratū Darius, osculatoq; Zorobabel, omnia quæ ad templi instaurationē, & urbis, sunt uisa necessaria, liberalissime concessit. Quibus a rege donatus Zorobabel, egit gr̄as Deo, & per Babyloniam iter faciens, innūerabilem pene multitudinē poplī reduxit in Iudæam. Et cū ingenti fiducia, magno sacerdote Iesu se pariter adiuuante, Aggæoq; & Zacharia iam pphetantibus, & populi animos corroborantibus, ædificare consummareq; templū aggressus est. Secundo igit̄ anno Darij, diligentissime ædificationi studētes, sexto eiusdem anno colummarunt, q̄ sextus & q̄dragesimus regni Persarū fuit. Estq; hic nūerus annorū ædificatiōis templi, quod in euangelio legimus, xl. & sex annis ædificatū. Nam quæ a Cyro sunt destinata sub Dario cōplebant. Aut̄umq; a Dario magnis & immensis donarijs templū ē, dedicatq; ingenti lætitia pplī. xxiij. die mēsis duodecimi. quem Romani Martiū uocant, & hæc uernalis tēplī dedicatio fuit, & secunda.



¶ De reparatiōe muroꝝ Hierlm, p̄ Nemiā sub impio primi Artaxersis Persarum regis. ¶ Caplm. II.

Emplo ædificato, iacebāt adhuc igētes urbis & portarū ruinae, neq; satis adhuc tutū tēplū uidebat, & ppl̄s. Dariōq; cū sex & xxx. ānis regnasset



mortuo, in regno filius Xerxes succedit. Hic paternæ  
uoluntatis in populum dei imitator eximius, templi re-  
ligionem miro fouebat affectu. Sub hoc Esdras in le- Esdras  
ge doctissimus, qui & uelox in lege domini scriba est  
appellatus, regi iam factus est amicus, literisq; ab eo  
susceptis, cum magna item duar; tribuum populi mul-  
titudine, Hierosolymam est reuersus. Deiq; legem a  
Chaldæis combustam reparauit, ordinatis in psalmos  
qui habentur titulis, nouos insuper literar; apices, &  
aliū scribendī ordinē ludæis instituit. Inductam præ-  
terea contra diuinam legem, contrahendi matrimonii  
cum alienigenis consuetudinem, prorsus submo-  
uit. Legitq; populo legem a se reparatam, magnope-  
re ipsum ad obseruationem mandator; dei exhortan-  
do. ¶ Sed & Neemias quidam ex captiuis ludæis, qui Neemias  
trans flumen remāserant, uir eximius & amabilis deo.  
Artaxersis qui Xerxi successit (ut Hieronymus & Eu Hierony-  
sebius sentiunt) pincerna, licet Iosephus Xerxis dicat, Eusebius  
hic ante portas ciuitatis Susianæ Persar; metropoles  
os, peregrinos hebraicæ colloquentes ad inuicem con-  
spicatus est, quos cum unde essent fuisset percuncta-  
tus, de Iudæa eos esse intellexit. Rursum interrogans  
Neemias, quonam modo populus se haberet, & Hie-  
rosolymor; ciuitas. Cūq; intellexisset ab eis portas ur-  
bis ac muros adhuc iacere deiectos, ut fuerant a Chal-  
dæis euersi, passimq; a uicinis gentibus, populum ab-  
duci captiuum, ac uias platear; sterni quotidie cadaue-  
ribus occisor;. Hanc suor; audiens calamitatem fleuit  
uberius, aliquantor; post in cœlum suspiciens, domi-



nū cęli precabatur. Idcirco paulo post cum accubanti  
tristior regi uideret, rex uino factus hilarior, ad eū  
quærens respexit. Cur solito tristior apparet? quomo-  
do respondit o rex possum non tristis apparere, q̄ ciui-  
tatis meę Hierosolymę, muros, turreşq̄, incensos ac  
euerfos adhuc iacere audio, & parentum meorę disp̄-  
sa sepulchra. Da facultatem quęso abeundi, ut muros  
portasq̄ patrię meę restituiam. Et cum rex annuisset,  
illico amplis donatiōibus adiectis, & epistolis ad præ-  
fectos regios datis, equitum accepto præsidio, q̄ se de-  
ducerent, a rege profectus est. Veniens igitur Hiero-  
solymā, omnes in circuitu urbis ruinas contemplatus,  
populo statim partes reparandi muri distribuit, iuxta  
cuiusq̄ facultatem. Strenue igitur opus duces populi  
aggrediuntur, uerę regis non obstantibus edictis, uis-  
cinę gentes (inueterato & coalito eis in populū Dei  
odio succensę) ædificationem nunc falsis rumoribus,  
nunc armatis etiam copijs conati sunt impedire. Ne-  
emias tamen confisus in domino, per dius atq̄ pernox  
muroř reparatiōni intendens, iussit armatos esse, qui  
ædificabant, ne subita hostium incurfione opprimeret̄  
Iosephus tur inermes. Hos aut̄ labores (ut Iosephus ait) urbis re-  
parandę, p̄ annos duos quatuorq̄ sustinere menses.  
Tunc demum q̄ Artaxerxis uicesimus fuit, muris por-  
tisq̄ egregie reparatis, Hierosolyma restituta est. An-  
no postquam euerfa est a Chaldeis, circiter decimo &  
centesimo. Reliqui uero scribunt uicesimo anno Ar-  
taxerxis. Neemiam q̄dem uenisse in Iudeam, sed anno  
eius tricesimo, muros urbemq̄ restituisse. Sub hoc Ar



taxerse Iosephus Hester historiam factam fuisse con-  
tendit. Sed Eusebius & Hieronymus negant. Aiunt <sup>Eusebius</sup>  
enim de his Esdras scriptorem diligentissimū nunq̄ <sup>Hierony.</sup>  
fuisse, q̄ omnia in populo Dei temporis illius gesta,  
fidelissime prosequutus est.

¶ Catalogus regum Persarū, ab hoc tēpore, ad ma-  
gnū usq̄ Alexandrum, & quomodo ultimi Artaxer-  
sis Vagosus præfectus templum uiolenter ingressus,  
tributis itē ludæos subiiciens, cum duo fratres in tē-  
plo, unus pontifex, alter alterum occidisset.



¶ Capitulum. III.

Reparata Hierosolymorū urbe, templo  
q̄ constructo, ad profanationem quæ  
sub Antiocho rege facta est propere-  
mus. Ad quam sane non incongrue,  
per enumerationem regum Persarū ad magnum Ale-  
xandrum, qui Persarū imperio deleto, regnum tradidit  
in Græcos, Post quem & Syriæ reges, ad Antio-  
chum usq̄ Epiphānem quam breuissime digere-  
mus. Artaxerxi igit̄ de quo diximus, Sogdianus septem mē-  
sium regno succedit. Post quē Darius annis. x. & .ix.  
Hunc Artaxerxes ille sequitur, quē sacra historia A sue-  
rum appellat, annis quadraginta. Sub hoc aiunt histo-  
riam quæ in Hester libro continetur expletam, hunc  
& alius Artaxerxes sequitur, cognomento Ochus, an-  
nis sex & uiginti. Huius autem præfectus Vagosus a  
rege ad omnes trans flumen gentes missus. Templum  
hostili & uiolēto ingredit̄ anio, hinc sumpta occasiōe



Erat in Hierosolymis summus sacerdos Iohannes nomi-  
 ne, Iudæ patri in sacerdotio succedens. Huic frater Ie-  
 sus nomine fuit, ad pontificatum anhelans, & idcirco  
 Vagosus plurima sese familiaritate insinuauerat. A deo  
 ut ei Vagosus summū polliceretur sacerdotium. Qua-  
 re Iesus ipse confusus, altricatus cum Iohanne pontifice  
 & fratre in templo, eousq; eum commouit iurgijs, ut  
 eum templi reuerentia & religione neglectis, interfi-  
 ceret, tantum non ueritus in sacro loco committere  
 nefas. Vnde offensus grauiter deus, populum iterum  
 seruituti subiecit, & tributis. (a quibus Zorobabel, Es-  
 dra, & Neemia, fuerant interuentu liberati) templū  
 q; passus est per gentes profanari. Comperto igitur hoc  
 scelere, Vagosus ad templum contendit, & cum ab in-  
 gressu prohiberetur, indignans ait. Ausi estis in tem-  
 plo homicidium committere, ego cadauere occisi in tem-  
 plo mundior sum, his dictis templum ingressus septē  
 annorū multa Iudæos puniens, Iesu mortem ulciscer-  
 batur. Et hæc prima huius templi profanatio, post eius  
 instauratiōem fuit, huius autem Artaxerxis Ochi Ar-  
 ses filius quatuor annis Persis regnauit, hinc filius eius  
 Darius sex annis apud Persas regnans, sexto eius re-  
 gni anno, ab Alexandro uictus occiditur.

¶ De magno impetu uictoriæ Alexandri, eiusq;  
 minis aduersus Hierosolymam. Et quomodo summus  
 Pontificis mitigatus occursum, Pontificem uenerans, pla-  
 cide urbem ingressus, in templo uictimas offert. Et de  
 extructo in monte Garazim templo.



## Capitulum. III.



Alexander autem primo Darij anno  
 apud Græcos ortus est regnare, qui ad  
 uersus Illirios & Thracas sceleriter dis-  
 micans, subuersis Thebis, triginta tan-  
 tū milibus, transmissis Hellesponto, orbem terrarū ag-  
 gressus est. Ac primū in Persas arma corripuit, & apud  
 Granicum annē. oppressis Darij ducibus, urbem Sar-  
 dis capit. Tertio autem Darij anno in Syriam p̄gres-  
 sus, Damasco & Sidone captis, Tyre magno labore  
 oblidēs oppugnat. Interea missis ad principem sacer-  
 dotum in Hierosolyma literis, ut sibi auxilium exerci-  
 tuū uenalia mitteret precabatur. Ac sibi ea quæ cō-  
 sueuisset Dario conferre tradens, Macedonum magis  
 amicitiam, q̄ indignationē quæreret hortabatur. Ter-  
 ritus his sacerdos literis, secumq̄ cogitabundus, litera-  
 rum tandem tabellarijs respondit, sese & populum su-  
 um Dario sacramenta dedisse, nequaquam aduersus eū  
 arma licere mittere, neq̄ promissa sibi eo sup̄stite fas  
 esse nō seruare. Alexander autem (ut est apud Quin Q. Curti.  
 tum Curtiū) per congestos immensi laboris aggeres,  
 iuxta etiam Ezechielis uaticinium Tyro capta, duo-  
 bus & Gazam mēsisibus obsedit, quā capta. plenus ira-  
 rum, infestis signis, aduersus Hierosolymam conten-  
 dens, summū gentis Iudææ sacerdotem obuium, cum  
 uniuerso habuit populo, ad scopulum quēdam, unde  
 omnis ciuitas & templi maiestas uideri poterat. Con-  
 sp̄ctoq̄ sacerdotum principe Iaddo, hyacinthinam &  
 auream gestante stolam, habēteq̄ super caput Cydas

G



rim, & laminam auream inscriptum Dei nomen habē  
 tem ineffabile, fauorabili susceptum sacerdotem, rex  
 ipse solus adiit, & nomen Dei adorauit, primusq; ma  
 gnum summi Dei sacerdotem ueneratus est. Quia p  
 pter Parmenioni qui primus post regem erat percun  
 ctanti, cur eum omnibus adorantibus, ipse Iudae gen  
 tis adorasset sacerdotem. Non hunc adorauit respon  
 dit, sed magnum cuius hic sacerdos est Deum. Enar  
 rauitq; quod uiderat in Macedonia somnium, quo ta  
 li habitu quendam sibi apparuisse dicebat, qui se insti  
 gasset ut trauceret in Asiam, ducturq; enim se eius pol  
 licebatur exercitum, donec omni potiretur Asia. Sic  
 ortus cum sacerdote ingressus Hierosolymā, Deo ce  
 li in templo uictimas immolabat, & templi pontificē  
 honoribus prosequabatur complurimis. ¶ His tempo  
 ribus templū in Samaria conditum est, in monte Gar  
 razim, cuius in euangelio scđm Ioannem mentio fit,  
 dicente ad dominū Samaritana, Patres nostri in mon  
 te hoc adorauerunt, & uos dicitis, quia Hierosolymis  
 adorare oportet, & reliqua. Hoc igitur templum hoc  
 modo cœptū est ædificari. Darius Sannaballach quē  
 dam ad præsidendum Samariæ misit, hic sese tempore  
 accommodans, cum uictis Darij ducibus, Alexander  
 Tyræ (ut diximus) obsedisset, Alexandri sequutus for  
 tunam, eiusq; beniuolentiam uenatus, omnes que sub  
 eo munitiones erant, ei se daturq; pollicetur, si genero  
 quem haberet fratrem Iaddi principis sacerdotū, alijs  
 q; multis, q; cum eo essent, facultatem & ueniam ædifi  
 candi sibi templi cōcederet, cui gener suus Manasses



faceros praesideret, Idque plurimum e re Alexandria fore, quia diuisa Iudaeorum potentia rebellionem minus meditarietur. Annuis petitis Alexander, Sannaballach uero strenue omnique studio templum aedificat, cuius sacerdotio Manasses uti destinauerat, potitus est.

¶ Quomodo plura post Alexandri mortem emerferunt regna, inter quae Syriae regnum fuit, cuius breuis regum catalogus usque ad Antiochum Epiphanem describitur. Et quanto primi regis Syriae anno, sub Ptolemaeo Aegypti rege, Septuaginta interpretes claruere, & de maxima eiusdem Ptolemaei apud Alexandria bibliotheca.

¶ Capitulum. V.



Mortuo post haec cum duodecim annis regnasset Alexandro, nulloque herede relicto,

Totius fati lacerandas praebuit urbes, Lucanus. ut ardens poeta describit, Alexandria

norum nascitur regnum, quod est Aegypti. Et per diuersas gentes quas Alexander tenuerat, diuersi regnauerunt reges gentium. In Aegypto autem primo regnat Ptolemaeus Lagi filius, annis quadraginta. Hic quarto regni eius anno, Hierosolymis & Iudaea in ditionem suam dolose redactis (Nam sabbatorum die sub specie sacrificandi, Iudaeis nullo pacto resistentibus, ut qui nihil timerent hostile) plurimos captiuorum in Aegyptum transfudit. Huius anno sexto Asiae regnum nascitur, in quo primus regnat Antigonus annis decem & octo. Mox etiam post an-

G. ij



**Lib. Mac.** nos sex regnū Syriae & superiorū locorū oritur, quod cabæorū. Maccabæorū liber appellat Græcorū, & ab eius exordio sua connumerat tempora. Regnatq; primus in eo Seleucus Nicanor, annis trigintaduobus, qui Seleuciam ad Tigrim condidit amnem, ut autor est in Græo-

**Strabo.** graphia Strabo, ad stadia tricenta Babylonī proximā, circa quam ipse posteriq; reges omnes, magnopere studuerunt, regniq; caput effecerunt. Et quæ tempore d̄ **CHRISTVS** dominus noster ueniebat ī carne, Babylone maior fuit, quamuis magna ex parte deserta.

¶ Huius autem Seleuci regni anno. xxx. apud Aegyptios secundus regnat Ptolemæus, dictus Philadelphus, miro conquirendorum undequaq; uoluminum æstuans desyderio, præposito huic rei Demetrio Phalereo, uiro præclaro, q̄ppe philosopho & oratore. Quā

**Aristeas** rem Aristeas uir doctus, utputa qui dictis rebus ad **Demetriū** rat, diligenter conscripsit. Ait enim Demetrius Phalereus **Phalereus** lereus in regia bibliotheca constitutus, grandem a rege pecuniam accepit, ut undiq; ad bibliothecā regis, uel emendo, uel conscribendo, libros cōgregaret. Memini interrogatum me præsentē (subdit) a rege, quot

**Notaingē** iam libri in bibliothecis essent, dixisse plures q̄ ducētem bibliōta milia, sed breui tempore non forsan pauciores quin thecam. gentis milibus. Et cum de Hebræis quoq; uoluminibus mentio regi fieret, quorū doctrina perutilis uideretur, & traductione eorū opus esse Demetrius diceret, quia propria Hebræi lingua uterentur. Rex illico omnes Iudæos qui in Aegypto essent, liberos esse permisit, & uasa Eleazaro pontifici Hierosolymā uo-



tiua transmittens, diuinas scripturas in Græcam uocē  
 ex Hebræa lingua, per Septuaginta interpretes trās-  
 ferri curauit, quas in Alexandrina bibliotheca habu-  
 it, quam sibi ex omni genere literaturæ, & incredibili  
 pene uoluminum numero comparauit. Hæc tam in-  
 gens & toti mundo admirabilis bibliotheca, ut in uita  
 Cæsaris Plutarchus scribit, Et in sexto noctium attica Plutarch.  
 rum autor est Gellius, ad milia ferme uoluminum se- A. Gelli.  
 ptuaginta, bello priori Alexādrino, dum diripitur ea  
 ciuitas, non sponte neq; opera cōsulta: sed a militibus  
 forte auxiliarijs est succensa. Sed Plutarchus ait, Cum Plutarch.  
 ob insidias sibi paratas Alexādriam coactus esset Cæ-  
 sar paucis admodū copijs obsidere. Id discriminis adiit,  
 q̄ interclusus est aqua, & cuniculis, interceptus ab ho-  
 ste, & deinde cum classis eius circūsideretur, coactus  
 igne periculum propulsare, qui cum ex naualibus las-  
 te proserperet, ingentem illam consumpsit bibliote-  
 cam. Hactenus de Alexandrina bibliotheca, & sacrae  
 legis legis interpretatiōe. Ad regum Syriæ catalogū  
 reuertamur. Hoc Seleuco defuncto (ut testis est Ap- Appia-  
 pianus clarissimus historicus.) qui deinceps ab illo Sy nus  
 riæ regnum susceperunt, hi fere habentur. Seleuco suc-  
 cedit Antiochus cognomento Sother, decem & no-  
 uem annis regnās, hic nouerca sua Stratonicæ in quā  
 misere deperibat, accepta coniuge, patre etiam opera  
 Erasistrati medici annuente alium Antiochum genu-  
 it, cui Dei cognomētum fuit a Milesijs inditum, q̄ Ti-  
 marchum eorū tyrannum expulisset. Hoc (cum quin-  
 decim annis regnasset) ueneno iterempto, filius eius.



Seleucus cognominatus Callinicus ex coniuge Leodeice, uiginti annis in regno successit. Huic autem Seleuco duo fuere adulta ætate filij, Seleucus scilicet & Antiochus. Seleucus ex mala ualitudine qua tenebatur, cū iā duobus annis regnasset ueneno sublatus est. Cui frat̃ Antiochus succedens, annis triginta sex. Hic Ruffus Sextus ad Valentinianum Cæsarem breuissimus autor est, potentissimus rex bellum formidabile populo Romano intulit. Trecenta enim milia armatorū uirorū habuit, falcatis etiam curribus & elephātis aciem instruxit. A Scipione consule fratre Scipionis Africani, in Asia apud Magnesiā uictus, pace accepta, intra Thaurum montem regnare pmissus est. Habuitq; filios Seleucum, & crudelem illum ac sanguinarium in populum Dei tyrannum Epiphanem, id est illustrē cognomento. Hic autem pace cū Romanis facta, obses Romā missus. Et mortuo Antiocho patri Seleucus successit, q̃ dato Romanis filio suo Demetrio, frēm Antiochū liberauit, ut Appianus ait. Ut uero alij dicūt, Nesciente senatu, Roma elapsus, per dolum suscepit imperium, cum Seleucus frater. xij. annis regnasset. Scd's liber Huius aut̃ temporis res gestas secundus Maccabæorū Maccabæ. liber continet. Tertio aut̃ huius Seleuci anno, ut p̃fatus Maccabæorū liber ostendit, Simon p̃positus templi Hierosolymorū, ad Apollonium Phœnicis ducem confugiēs, multis ei muneribus repromissis, sacerdotiū sibi uendicare cepit. Quo Seleucus audito, Heliodorū ad p̃uidendum negotium mittit, qui cum in l̃



clāam uenisset, & inique iudicasset, multa pperam gerens, diuinis aduersum se signis deterretur, corruēsq; diuina uirtute mortuo similis in terram, tandem Onie sacerdotis precibus restituit, & ad Seleucum reuertitur. Et cum Seleucus cupiditate pecuniæ templi captus, iterato Heliodorū mittere tentauisset. Ille se nequaquam iturū respondit, si quem habes (inquiens) regni tui insidiatorem, hunc mitte tanquam mature periturū. Prefati autē Oniæ sacerdotis filius Onias, irruimēte tanta (ut dicemus) in Iudæam crudelitate Antiocho, in Aegyptum transmigravit, & in pago Helio politano ciuitatē nominis sui condidit, templo ad similitudinem primi templi extracto.

¶ De profanatione templi, & uasorū Dei per Antiochum direptione, & magna calamitate, qua idem templum polluit, ac Iudæos affecit. Deq; mira aduersus eū Maccabæorum uirtute. ¶ Caplm. VI.



Antiochus igitur, occiso apud Athenas Seleuco fratri in regno succedit, cognomento (ut diximus) Epiphanes. Hic præ cæteris Iudæorum legem impugnat, ac primum quidem omnem eorū puinciam ad idolatriam compellens, q; parere noluerant necatis. Postea uero Hierosolymā ascendēs, quā sine armis, nulloq; conflictu capit, aperiētibus sibi portis perfidis, ac patriæ legis proditoribus, qui regis studebant malitiæ. Qui & ante regis ingressum ab eodē impetrauere, ut scd'm mores gentium, Gymnasium in



Hierosolymis eis aedificare liceret. In qd ut Iosephus ait, cum ex more gentium, nudi fuissent ingressi Iudei, circumcisa uerenda, ne Graecis uideretur dissimiles cōtexere. Ingressus deinde templum homo profanus ille lud uastat, uasa quae Dei ministerio consecrata fuerat auferens, ac in templo ueri & singularis Dei, Iouis idolum ponit, sub Iouis olympij nomine templum appellans, anno ferme tricētesimo & quinquagesimo, postquam sub Dario fuerat reparatum. In Samaria autem in monte Garazim, ubi (ut supra diximus) annuente Alexandro, Sannaballach templum extruxerat, Iouis peregrini id est hospitalis edificauit, ipsis Samaritanis ut id faceret praecantibus. Verum in hoc temporis articulo, uir illustri & paternarum uindicatissimus legum, Matathias quidam ex sacerdotibus, filius Aisanon ex Oppido Modin, trucidato diuinae legis zelo, q in oculis eius paternae praeruator legis, idolis regio parē iussu sacrificabat. Aduersus Antiochi duces arma corripens, fultus etiam filiorum quos egregios habuit auxilio, leges patrias uindicauit. Multisque & magnis praesidijs aduersum duces Antiochi pugnat, scilicet egressum inter fortissimorum manus filiorum spiritum exhalauit. Iudae filio strenue prosequendi in hostes legis belli negotio commendato. Iudas igitur (ut late sacra describit historia) impigre bellum prosequitur, multisque & clarissimis uictorijs Antiochi partes debilitabat. Mortuus igitur, uel diuina uirtute coercitis pontificibus, qui uel Iudaeam Antiocho prodiderant, uel ambitione & perfidia pontificatum inuaserant, Iudas po

*quoniam qui faciunt edifica-  
tione uiderentur dissimiles  
circumcisa uerenda  
Ingressus deinde templum  
homo profanus ille lud  
uastat, uasa quae Dei  
ministerio consecrata fuerat  
auferens, ac in templo ueri  
& singularis Dei, Iouis  
idolum ponit, sub Iouis  
olympij nomine templum  
appellans, anno ferme  
tricētesimo & quinquagesimo,  
postquam sub Dario fuerat  
reparatum. In Samaria  
autem in monte Garazim,  
ubi (ut supra diximus)  
annuente Alexandro,  
Sannaballach templum  
extruxerat, Iouis peregrini  
id est hospitalis edificauit,  
ipsis Samaritanis ut id  
faceret praecantibus. Verum  
in hoc temporis articulo,  
uir illustri & paternarum  
uindicatissimus legum,  
Matathias quidam ex  
sacerdotibus, filius Aisanon  
ex Oppido Modin, trucidato  
diuinae legis zelo, q in  
oculis eius paternae  
praeruator legis, idolis  
regio parē iussu  
sacrificabat. Aduersus  
Antiochi duces arma  
corripens, fultus etiam  
filiorum quos egregios  
habuit auxilio, leges  
patrias uindicauit. Multis  
que & magnis praesidijs  
aduersum duces Antiochi  
pugnat, scilicet egressum  
inter fortissimorum  
manus filiorum spiritum  
exhalauit. Iudae filio  
strenue prosequendi in  
hostes legis belli  
negotio commendato. Iudas  
igitur (ut late sacra  
describit historia) impigre  
bellum prosequitur, multis  
que & clarissimis  
uictorijs Antiochi partes  
debilitabat. Mortuus  
igitur, uel diuina uirtute  
coercitis pontificibus,  
qui uel Iudaeam  
Antiocho prodiderant,  
uel ambitione & perfidia  
pontificatum inuaserant,  
Iudas po*

79

32

*quodammodo amicum  
prosequendi in hostes  
legis belli negotio  
commendato. Iudas igitur  
(ut late sacra des-  
cribit historia)*

*impigre bellum prosequitur,  
multisque & clarissimis  
uictorijs Antiochi partes  
debilitabat. Mortuus  
igitur, uel diuina uirtute  
coercitis pontificibus,  
qui uel Iudaeam  
Antiocho prodiderant,  
uel ambitione & perfidia  
pontificatum inuaserant,  
Iudas po*



puli sui aduocat concionē. Expulsis iam de Iudæa Antiochi ducibus, Hierosolymam ascendit, quo cum tota multitudine peruenisset, templum desertum inueniens, portasque incensas, syluasque in templo per longam solitudinem pullulasse, edito cum socijs ingenti gemitu, templum ab idolorum imaginibus emundans, patrias leges suis reddidit civibus, post annos uastitatis Hierusalem sex, cōtaminatiōis autē templi tres. Proque ea templi expiatione, uel renouatione, per octo dies ingens festum cum omni populo Iudas egit. Quas ob res omnium Iudæorum fauore, Iudas sacerdos & dux decernitur, qui ea dignitate suscepta, legatos Romam mittit, fœdus cum Romanis percussuros, Senatus decreuit Iudæos amicos & auxiliatores Romanorum habendos.

¶ Quomodo in Iuda Maccabæo qui simul dux & sacerdos populi fuit, rursus principatus Iudæorum nascitur, ad primum Aristobolum regem durans, & quomodo Aristobolo Alexandri filio a Romanis capto, Pompeius Hierusalem cepit, & M. Crassus quomodo templum spoliauit.

¶ Caplm. VII.

**I**N Iuda autem Maccabæo rursus Iudæorum principatus nascitur, per annos sex & quinquaginta durans, succedentibus sibi ex Maccabæorum origine, qui simul & pontifices erant ducibus, usque ad Aristobolum Ionathæ filium, regem pariter & pontificem, qui primus apud Iudæos diadematis sumpsit insigne,

H



post quadringentos & octogintaquatuor annos Ba-  
 bylonicæ captiuitatis, post quem cum uno regnasset  
 anno, regnavit Ianneus cognomento Alexāder, qui  
 similiter pontificatum administrans, decem & septem  
 annis ciuibus crudelissime præfuit. Quo uita functo,  
 Alexādra (quæ & Saluia) uxor eius Hierosolymis re-  
 gnauit, annis nouem. A quo tempore Iudæos rerum  
 confusio, & uariæ clades, oppresserunt. Nam Aristos-  
 bolus & Hircanus filij Alexandri, contra se de impe-  
 rio decertantes, occasionem præbuerunt Romanis, ut Iu-  
 daeam inuaderent. Cn. enim Pompeius totius pene ui-  
 ctor oriētis, capto post multas eius machinatiōes Ari-  
 stobolo, Hierosolymæ admouit exercitum, quam præ-  
 ter septentrionalem eius partem, dum eam circuit. mun-  
 nitissimā uidens, per eam hanc posse capi animū intē-  
 dit. Verū eos qui in urbe fuerunt Iudæos seditio exas-  
 gitabat, dicentibus qui Aristobolo studebant. Poma-  
 peium excludendum, Hircano fauetes tradendam ci-  
 uitatem Pompeio censebāt, unde Aristoboli studios-  
 sis in templum fugientibus, pars altera Pompeium in  
 urbem recipiens, aulam ei & palatium tradiderunt. Pi-  
 sonē autē Pompeius cū ualido præsidio, ad aulæ custo-  
 diam, templiq; obseruationem mittit, uerbis hortādo  
 pacificis ad deditiōnem, eos qui ad templum confuge-  
 rant. Sed eis minime auscultantibus, ad oppugnatio-  
 nem multis se machinis parant Romani. Et præcipue  
 sabbatorum die, Iudæis non resistētib; magnos ac-  
 cumulat aggeres, arietes ferro graues muris admouē-  
 tes, quorum impulsu maxima turris concussa cecidit.

*Antonyus  
 quæ uictor Pompeius  
 agerunt*



partemque templi aperuit, per quam Romanorum ir-  
 rumpentium primus, Faustus Cornelius Sylle filius  
 cum suis militibus murum ascendit. Captum iam se-  
 cundo templum & pollutum est, ac totum Iudæorum  
 caede completum. Nam uigintiduo Iudæorum milia,  
 in ea irruptione cæsa sunt. Pompeius igitur urbe &  
 templo captis, quod nulli (exceptis sacerdotibus) li-  
 cuit, reueratis sanctis templi adytis, ad sancta usque san-  
 ctorum progrediens, iudic quæ nisi sacerdotibus fas  
 fuit intueri. Inueniensque thesauri sacri pecunias, ad  
 duo milia talentorum, nequaquam has attingere uo-  
 luit. Verum intactas, templo dimittens, templi præ-  
 capit aditus, ut templo a cædibus hominum expias-  
 to, legitimas Deo suo hostias offerrent, Hircanum  
 que donauit sacerdotij principatu. Sicque Romanorum  
 primus Cn. Pompeius Iudæam Romanis sub-  
 iectam, & tributariam fecit. Anno postquam Iu-  
 das Maccabeus apud Hebræos (ut diximus) prin-  
 cipatum resumpsit, tertio & nonagesimo. Ante-  
 quam uero CHRISTVS dominus noster in Beth-  
 leem nasceretur, annis quinque & sexaginta. ¶ Bre-  
 uis post hæc tempore Marcus Crassus uir alioquin  
 magnus & præpotens, sed insatiabilis homo auaris-  
 tiæ, in Parthos ducens exercitum, audiens in tem-  
 plo apud Hierosolymam magnam argenti & auri  
 um esse, duoque pecuniæ talentorum milia, quæ  
 Cneo Pompeius intacta reliquerat. Templum  
 intradit, Non solum præfati ponderis pecuniam  
 auferens, uerum quod reliquum auri fuit, ad octo

H ij



Mina.  
Iosephus.  
Varro  
Priscianus

usq; milia talentorum diripuit. Abstulit præterea & trabem auream atq; uersatilem, minas trecentas pensantem. Mina autem apud Hebræos (ut Iosephus ait) due & semis libræ existimatur. Secundum Varronem autem & Priscianum, unam continet libram, & quam nos minam, Græci *μνα* una syllaba dicunt. Legendum igitur in euangelio, decem minas, nisi quis Græce magis legere uelit, q̄ Latina. Crassus igitur tanta & tam inestimabili præda ditatus, sacrilegio a se patrato, nõ diu lætatus est, diuina eum sequete uindicta. Nam inceptam in Parthos expeditionem, psequens, Euphrate flumine traiecto, a transfuga quodam inductus, ad ignotam camporum solitudinem descendit, ubi undiq; circumuolantibus sagittariorum agminibus, cunctus eius exercitus uel telorum obrutus est. Ipse uero Crassus ad colloquium sollicitatus, ne uiuus (repugnantibus tribunis) caperetur euasit, sed dum fugam petit occisus est. Caput eius cum dextra manu relictum, ad regem Parthorum perlatum est, atq; ita ludibrio habitum, ut faucibus eius agrum liquefactum infunderet, insultantibusq; iam mortuo Parthis. Vrat te nunc aurum Parthicum, quod te uiuentem satiare non potuit. Postea uero (ut diximus) cum uinctum Aristobolum Pompeius triumpho seruandum Romã misisset, pontificatus principatum fratri eius Hircano tradidit. In quo tribus ac triginta præfuit annis.

*in palatio uorans rō...  
ut miles ad bellid...  
expediant temp. aut...  
a uicis uicis q̄...  
dum expeditioe q̄...  
rati apparato ad dicit*

*Terribilis  
no sic audiret uis fasti  
habere effem*

¶ De captiuitate Hierosolymorū, & templi ab Herode, Sosio Romanorum duce sese adiuuante.



Capitulum. VIII.



Mergente post hæc apud Romanos, inter C. Cæsarem & Cn. Pompeiũ potētissimos ciues civili discordia, q̄ apud Thessaliam totius sunt orbis uires conuallatae, Iulius Cæsar fugiente senatu

Roman ingressus, Aristobolum cum Antigono filio solutum a uinculis in Iudæam remisit, ut recepto p̄ Aristobolum Iudæorum regno, Pompeianas ibidem partes disturbaret. Sed per Pompeianos est in itinere Aristobolus interfectus, Antigono superstitite filio, Parthi uero Crassiana uictoria insolescentes, in Syriam irruerunt, Antigonomq̄ nō solum in regnum Iudæorum restituerunt, uerum Herodis fratrem Phaselũ & Hircanum patrũ cui (ut diximus) sacerdotij principatum Pompeius contulerat, captiuos in potestare eius fecerunt. Post hæc Herodes qui ad regnum Iudæorum iam animũ intēderat, a Romanis Iudæorum declaratur rex. Missusq̄ interea contra Parthos Ventidius Bassus, Herodem in auxilium uocauit. Qui Parthis (ut dictum est) in Syriam irrupentibus strenuissime uictis, Crassiana uisus est damna reparasse, unde & Herodi assequendi sibi a Romanis dati regni animus creuit. Nec eum spes tanta fefellit, Nam sequentibus eum aliquot Romanorum cohortibus, misso insuper ad eum a M. Antonio tunc potente Romano rum duce, C. Sosio cum duobus milibus equitum, caeterisque ad eum Iudæis confluentibus, qui Antigoni odio tenebatur, undecim legionum, & quinq̄ milium

*Iulius Cæsar  
habuit quinq̄ milia  
in itinere Pompeianorum  
quibus Pompeius in castris  
hæretis interfecit*

*Herodes apud archelam  
se ostendit in auxilium  
ad hostes factus*

*Pompeius q̄ de die  
se transfecit in  
ad alia (partem)  
q̄ in uisum p̄  
ta in uisum p̄  
uic p̄ p̄*

H iij







Demum cum aliter non posset, Herodes suis ipse largitionibus abunde militem donans, templum ac civitatem a direptione saluauit. Captus autem Antigonus atque ad Antonium missus, securi percussus interijt. mors In quo in populo Iudæorum dux & princeps sui generis omnino defecit, ut iamiamque describemus.

¶ Quomodo ueniente in carne domino, regnum apud Iudæos, & sacerdotium ex propria & legitima gente cessarunt. Ac de multis uarijsque seditionibus, quibus post dominicam ascensionem uexati sunt Iudæi.

## ¶ Caplm. IX.



Deficiente igitur pontificum & regum principatu, Herodes alienigena Antipatris Ascalonitæ, & matris Cypridis Arabicæ filius, nihil omnino pertinens ad Iudæam, a Romanis Iudæorum suscepit principatum, cuius tempore CHRISTI natiuitate uicina, regnum & sacerdotium Iudææ quod prius per successores minorum tenebatur, destructum est, completa propheta, quæ ita in Genesi per Moysen loquitur. **Genesis**  
 Non deficiet princeps de Iuda, neque dux de femoribus eius, donec ueniat cui repositum est. Et ipse est expectatio gentium, Nam huius Herodis qui Iudæis triginta & septem regnauit annis, Anno tricelimosexto HVMANO GENERI PROSPER ILLE ET SALVTARIS FVLGOR IESVS CHRISTVS FILIVS DEI IN BETHLEEM IYDAE NASCITVR, Herodisque  
 H iij



filij post eum regnauerūt, usq; ad nouissimam Hierosolymorum captiuitatem. Nequaquā insuper ex successione sacerdotalis generis pontificibus cōstitutis, neq; perpetuitate uitæ scđm legem Moyse seruientibus Deo, sed ignobiles quidam, & alio tempore alij, & nonnulli unius anni, siue modico amplius, a Romanis imperatoribus sacerdotium emebant. Quæ omnia Danielis prophetiæ conueniunt. Ait enim is propheta.

Daniel Et post hebdomadas septem & sexaginta duas, interibit chrisma, & iudicium non erit in eo, & reliqua multa. Quarum hebdomadarum & de regni ac sacerdotij

Eusebius Hierony simul & urbis euerfione numerum Eusebius & Hieronymus diligentissime supputant, a sancto propheta descriptum. ¶ Post hæc, anno tertio & tricesimo, cum dominus noster IESVS CHRISTVS scđm prophetias quæ de eo fuerāt præloquuta, Hierosolymam ad passionem uenisset, & morte gloriosissimæ uicta resurrexisset, in foelicissimos Iudeos (q in angularem lapidē & eis scandali petrā offendissent) calamitates magnæ & inæstimabiles post eā diem oppresserunt, impendēte iuxta saluatoris nr̄i uerba extrema eis desolatione, urbi miserrimæ exterminio, & pleno sacrilegij tēplo ultimo occasu. Circa hæc em̄ tpa, imo hoc anno die p̄tecostes q̄ sp̄m̄ sanctum p̄ceres apli susceperunt, sacerdotes tēpli sonitus q̄sdā & cōmōtiones locoꝝ sensisse

Iosephus Iosephus scribit. Deinde ex adyto tēpli repētina subito uocē erupisse, p̄sidiū q̄ndā tēpli angeloz̄ dicētū,

Pilatus trāsmigrem⁹ ex his sedibus. Pilatus etiā eodē anno Iudeæ p̄curationē gerēs, q̄ & in celi & terę regē mortis



sententiam tulerat, nocte intempesta opertas imagines  
Cæsaris Hierosolymæ intulit, & in templo collocauit,  
quæ res postridie cognita, grandem in Iudæos susci-  
tauit tumultum, quasi profanatas leges suas uiderent.  
Cuius rei causa proni ad Pilatum corruerunt, depre-  
cantes ut imagines tollerentur. Tunc Pilatus armatis  
prius militibus, trucidaturum se omnes esse dixit, nisi  
imagines recepissent. Iudæi quasi ex uno consilio ad  
mortem præparati, nudantes illico ceruices ad recipiē-  
dos ictus, omnes proni sese parauerunt. Vociferantes  
se potius interfici uelle, quàm sacram legem uiolari. Qua  
Pilatus obstinatione motus, statuas iussit auferri. Hęc  
tamen seditiōis & turbæ Iudæis prima causa fuit, nec  
his contentus quieuit Pilatus. Verum tertio post sus-  
prædictam seditiōem anno, quæ ob Cæsaris imagines  
fuerat concitata, sacrum thesaurum quem Carbonam Carbona  
Iudæi uocant, in aquæductum Hierosolymorum ex-  
pendens, secundæ præbuit seditiōis semina, in quibus plu-  
res sunt Iudæorum cæsi. Adhuc eisdem pene tempori-  
bus, seuiora Iudæos in diuersis mundi prouincijs per-  
turbant. Nam Romę multa eorum milia exacta sunt,  
quatuor milia ascripta militiæ, & qui prætextu pater-  
næ legis militare nolissent, grauibus sunt affecti tor-  
mentis. Alexandriæ item octauo post dominicam ascē-  
sionem anno, inter Iudæos ibidem habitantes, & gen-  
tiles, grauis est orta seditiō. Missa igitur utrorumque ad  
C. Cæsarem qui Tyberio successerat legatione, repu-  
diata est a Cæsare Iudæorum legatio, eo quod infestus plu-  
rimū Iudæis Caius esset. Verum Petronio Syriæ præ-



fecto imperat, ut Hierosolymis in templo statuam suam sub nomine IOVIS OP. MAX. consecraret, quod Iudæi obstinatione maxima negauerunt. In Babylonia item infinita (ut Iosephus ait) Iudæorum strages facta est, tanta etiam ut ante nunquam in aliqua re latum sit historia. Et qui tantæ supererant cladis, in Seleuciam (de qua superius diximus) fugientes, sexto postquam eo perfugerant anno, per eos ibidem ruina inuoluit. Longum esset nimium recensere quot seditionibus & mortibus gens infelix non modo per Iudæam, sed per omnem terrarum orbem, uexari agitarique, his temporibus coeperit, sequente eos durissima, sed iusta Dei ultione, quousque extrema cum urbis eorum & templi exterminatione, ipsi quoque consumpti sunt. Ad quam sane nouissimam eorum euerisionem, quam Iosephus ceterique scriptores magnis explicant uoluminibus, nos quæ breuissime possumus describendam accingemur.

¶ Quomodo sub Neronis imperio, Iudæi sub diuersis ab eo missis praesidibus, in occulta latrocina, ac multas seditiones eorum processere, ut fugato demum Romano praeside, iam aperte uisi sint rebellare.

¶ Caplm. X.



Neronis igitur anno imperij primo, quæ christianæ salutis septimus & quinquagesimus fuit, ruente passim gente Iudæorum, in omne seditionis ac latrocinij genus, ingenti magorum ac latronum turba, omnis eorum prouincia repleta est. Quos



tamē Fœlix potestatis Romanæ præses quotidie sup-  
 plicijs enecabat, nec tamen hac animaduersione exis-  
 tiale malum reprimi potuit, quando robustius indies  
 erumperet, eoq; tandem euasit, ut ingressi Hierosoly-  
 mam latrunculi, festis diebus ac tectis sub ueste glaz-  
 dijs, quasi Deum adoraturi, quos uolebant non in ur-  
 be solum, uerum in templo adeo occulte confoderēt,  
 ut secus occisorem occisus caderet, nec agnosceretur  
 occisor. Inter quos Jonathan ea tempestate sacerdo-  
 tem, Fœlice fauente impune primum occiderunt, un-  
 de maior latronibus crescebat audacia. ¶ His etiam  
 ferme temporibus, apud Cæsaream Palæstinæ, quæ  
 prius turris Stratonis uocabatur, est orta seditio. Eo-  
 q; habitantes ibidem Iudæi cum Syris pro ciuilitatis  
 iure contenderent, quæ magnam multitudinem Ius-  
 dæorum perdidit. ¶ Sic & apud Hierosolymam con-  
 tentio exorta est sacerdotum, contra pontifices &  
 Hierosolymæ primores, unde quilibet quantos po-  
 tuit, seditiosorum, ad se contrahens, mutuis sese cæ-  
 dibus infestabant. Digne sane (quæ pacis largitor  
 dominus noster IESVS CHRISTVS eorum  
 factione & inuidia occisus fuit.) ipsi seditionibus &  
 latrocinijs agitabantur. ¶ Porro secundo Nero-  
 nis anno, Fœlicæ Festus succedit, apud quem præsen-  
 te Agrippa rege, ut in Actibus apostolor; legimus,  
 Paulus Apostolus religionis suæ rationem exponēs, Paulus,  
 cum Cæsarem appellasset uinctus, Romam ductus ē.  
 Sub hoc Festo cū nihilo <sup>in iudæa</sup> minores seditiões fuissent &  
 latrociniã, cum quinq; in Iudæa annis præsedisset, uita







fugato Cestio manifeste rebellauere, ingenti quā Cestius pecunia conuellerat intercepta. Insuper (ut Trā Tranquillus quillus ait) & legatum Syriæ uirum consularem superpetias Cestio ferentem, rapta aquila fugauerūt. Interea apud Hierosolymam in templo Iudei conueniunt, belli quod grauissimū cum populo orbis uictore gesturi uidebantur duces electuri, duos in ciuitate Hierosolymorum, & utriusq; Galilææ Iosephum Mathiæ filium, de quo postea dicemus constituunt, cuius etiā defensionem Gamalam munitissimū oppidum committunt. Qui omnia opportuna loca, inter quæ Giscalam S. Pauli beati Pauli patriam strenue muniens, ad centum usq; patriæ armatorū milia ex omni Galilæa contraxit.

¶ Quomodo Cestij fuga territus Nero, Vespasianum cum exercitu ad comprimendum Iudæos misit, ac de reditu post Neronis mortē, Vespasiani in Italiā, Tito filio in Iudæa relicto. ¶ Caplm. XI.

**N**eronē interea audita Cestij fuga ingens timor inuasit, qui hoc anno q̄ salutis nostræ nonus & sexagesimus fuit, imperij autem eius decimustertius, super omnia flagitia sua etiam primus persecutionem in Christianos mouebat. Idcirco etiam Nero Cestij infelicitate audita terretur, quia (ut est apud Suetonium & Cornelium Tacitum) percrebuerat toto oriente uetus & constans opinio, esse ī factis ut eo tempore Iudæa profecti rerum potirentur. Id de domino nostro rege regum & domino dominā



tium passim in prophetis scriptum, infelices uolentes  
intelligere Iudaei, iuxta iacentem ad se trahentes lite-  
ram, scelerum suorum furis agitari, rebellauere Ro-  
manis, famam per orbem spargentes, habere in uatici-  
nijs suis sese iam mundo impaturos. Vespasianus igitur  
natione Hispanus, ex gente Flauia, uir rei militaris  
peritissimus, ut qui legatus legionis in Almania  
missus, tricies cum hoste conflixerat, superque uiginti op-  
pida, & insulam quandam Britanniae proximam in des-  
ditionem redegerat. Et post in Africa non sine glo-  
ria rem administrauerat, & quia uir bonus esset, graue  
facile apud Neronem offensam contraxit, prohibitus  
Suetonius ab eo non modo (ut Suetonius in eius uita scribit) cotuberno,  
sed etiam publica salutatione, ut coactus sit  
uir tantus etiam in paruam ac deuiam secedere ciuitatem.  
Quo ubi lateret, a Nerone extrema iam metuente, Iu-  
dae illi provincia cum exercitu oblata est. Quia ad  
tantum motum comprimendum, ampliore exercitu,  
& non instrenuo duce, & cui tanta res tute committi  
posset, non alius, sed potissimum Vespasianus dele-  
ctus est. Additis igitur copijs duabus legionibus, octo  
aljs, cohortibus decem, atque inter legatos maiore filio  
nomine Tito assumpto, profectus est. Vtque primum  
provinciam attigit, proximas quoque in se conuertit, pro-  
uincias, correcta statim castrorum disciplina, unoquo-  
que atque alio praelio tam constanter inito, ut in oppu-  
gnatione Iotopatae castelli, cui magno Iudaeorum pre-  
sidio Iosephus praefuit, lapidis ictum genu, scuto sagi-  
tas aliquot exceperit. Hoc oppido maxima tandem dis-



ficulitate expugnato, ingens Iudæorum est edita strages. Iosephusq; tanti (ut supra diximus) belli dux ad Vespasianum captus deducitur, circumfundentibus undique se Romanis, Iosephi uidendi gratia. Sed tanta multitudinis diuersæ in eum fuere sententiæ. Qui longius aberant, hostem atrocem interficiendum clamabant, sed qui astabant propius, inter quos Titus Vespasiani filius fuit, fortia eius facta reputantes, & rerum humanarum instabilitatem obstupescentes, tanto parcendum duci censebant. Cui apud patrem Titus magna salutis causa extitit. Vespasianus tamen eum ad Neronem uinctum mittere decreuit, quo intellecto Iosephus secreto aliquid ei dicere uelle dicebat. Semotis igitur omnibus, præter Titum duosque amicos. Tu (inquit) Vespasiane tanti nunc facis te Iosephum habere uinctum, ut eum ad Neronem mittas. Sed ego maiorum ad te nuncius uenio, Constantissime quidem asseuero fore, ut ab te breui soluar. uerum Cæsare Augusto. Cunctis (ut Suetonius ait) & Suetonius alia ex urbe allata essent prælagia, præterea ex Iotopatenorum captiuis secreto Vespasianus intellexisset, quia & ipsis prædixisset Iosephus, qd post diem septimum & quadragesimum, ultimum eos maner et excidium, quodq; ipse uiuus in custodia a Romanis seruandus foret. Custodijs & uinculis seruatus est, muneribus tamen uestibusque a Vespasiano donatus, adhibente magnopere curâ Tito. Verum cū post multa prælia a Vespasiano gesta, ac uastatis undiq; p circuitum



Hierosolymorum omnibus, Iudæosq; maximis duobus  
 prælijs uictos, in urbem compulisset, ac eidē oēm  
 exercitum admouere pararet, Nunciatum est Nero-  
 nis nem (cum post innumera flagitia a senatu ad pœnam  
 quæretur) se manu propria interfecisse, quamobrem  
 Hierosolymorum obsidio remorata est, quia q̄s post  
 Neronem rerum potiretur, hunc expectare uelle fuit  
 sententia. Dumq; Galbam impare cognoscit, ac eius  
 de bello mandatū operiretur, isq; septimo imperij sui  
 mense occideretur, intellexisset præterea Othonem  
 cum tribus mensibus impasset, seipsum occidisse. De-  
 mūq; perditissimū hominem Vitellium cum exercitu  
 e Germania aduolasse Romam, inuasisseq; imperium,  
 ipsum inuitum quidem ac plurimum renitentem, ex-  
 ercitus imperatorem appellauit. Suscipientiq; imperi-  
 um, omnes uicinæ ac Romanæ ditionis prouinciæ, tā-  
 q̄ uiro optimo, atq; ad imperium maxime idoneo, mis-  
 rum in modum congratulabantur, uel legatis, uel lite-  
 ris ad eum missis. Tunc demum adnitente plurimum  
 Tito, cum magna gloria uinculis solutus ē Iosephus,  
 & postea inter amicos Titī habitus, Vespasianus aus-  
 tem præmissis contra Vitellium ad Italiam ducibus, a  
 quibus septimo imperij sui mense uictus Vitellius, in  
 Tyberim proiectus occubuit. Ipse uero Vespasianus  
 per Alexandriam Romam profectus, intermissum ab  
 eo bellū Tito filio strenuissime cōmendabat, p̄sequendū.

¶ De ordine moti exercitus Titī ad Hierosolymā,  
 ac eius urbis obsidione, Et quomō duo eius muri sint.



capti, ac Titus quo pacto muro totā ciuitatem triduo circumdedit, & de maximo numero ferme mortuorum. Turrisque Antonia, atque eius murus ante templū quomodo capta sit

¶ Caplm. XII.



Titus autem contractis quos secum habuit copijs, alijs uero ut ad Hierosolymorum obsidionem concurrerent scribit, suppleto etiā exercitu quatuor legionibus, quia tot pater prēmiserat in Italiam, magno ac formidando apparatu ad infœlicissimæ urbis obsidionem contendit. In qua tantī exercitus progressionem non iniucundum fore arbitror, si ordinem quē breuissime significemus. Mouentem igitur e Casaria Titum in hostilem teram, regum ac prouinciarum auxilia antecedeabant. Ibant post eos uiarū stratores, metatoresque castrorum, sequebantur hos sarcinarum uectores, & hi armati. Post hos Titus tantī belli dux & imperator, electos & signiferos apud se habēs milites, Horum agmen equites sequebantur, & hi ante machinas ibāt, & scdm illos, una cum electis, tribuni militum, & præfecti cū cohortibus, post autem circa aquilam signa, & ante signa tubicines. Deinde ueteranorum acies ordinibus dilatata, uulgus autem seruire a tergo cuiusque agminis, & ante hos sarcinæ. Omni uero nouissimi ibant mercenarij, eorumque custodes factoresque armorum. Ita igitur instructo iuxta Romanā disciplinam exercitu, Titus ad uicū cui uallis Saul nomen fuit, triginta ab Hierosolymis stadijs subsedit. Ipse uero Sexcentis delectis equitibus, urbem speculatur

I iij



Emaus

rus, Iudæorumq; anōs exploratur<sup>9</sup> pficiscit̄. A st mltitu-  
dine hostiū circūfusus, maxio sui p̄iolo & labore ad ex-  
ercitū reuersus ē. Seq̄nti at̄ nocte ex Emaus adueniēs  
tib<sup>9</sup> copijs, clara iā luce motis castris ad locū puenit, q̄  
Scopes appellat̄, unde iā ciuitas, & clara tēpli magni-  
tudo, conspici poterat, septē a Hierosolymis stadijs di-  
stans. Ibi duabus legionibus castris se munire iussis,  
cæteris ut alijs opportunitis locis castra metentur impe-  
rat. Interea nec in miserima cessabant urbe seditiōes,  
sed apparentibus tanto spectaculo Romanorum cas-  
tris, paululum intra dissensionis furor subsedit, tan-  
toq; stetit discors concordia tempore, quo instar ima-  
manissimarum belluarum excursione facta, decimam  
legionem castra sua munitentem inuasere, quam gra-  
ui periculo laborantem, Titus ip̄e bis liberauit, repul-  
sib; in urbem Iudæi, copia interim militibus est tribus-  
ta, castra muniendi. Remisso autem paulisper prælio,  
cum iam azimorum dies quem pascha uocamus insta-  
ret, seditiōforum una pars templum occupat. Scribūt  
hoc loco nōnulli in his diebus Hierosolymam captā,  
quod si Iosepho, credimus aliter se habere uidetur, nisi  
si miserimam (quo omnes pene Iudæi perierunt obsi-  
dionem) captiuitatē appellare uelimus, quę ut postea  
dicemus in mense Septembri subsequuta est. Sed  
opportunum fuit, ut in his pasche diebus quibus domi-  
num nostrum celi ac teræ regem Iudæi crucifixerunt,  
confluentes ex omni Iudæa ad templū, urbe quasi car-  
cere includerentur, inuicta illa aduersum eos obsidio-  
ne firmata. Interea Titus ingētes aggeres strui iussit.

Iosephus



quibus altitudinem murorum equare adeo ualeat, ut balistas arietesq; imponeret, quibus murorum turris umq; fundamenta concutere possit, & euertere. Sed aggerum consummationem non expectantes Romani, magno impetu oppugnantes, primum (quor; tres ciuitatis erant) murum capiunt, secundoq; muro priori exultantes uictoria pari impetu potiti Romani, ferali Iudæor; audacia ab eodem sunt repulsi. Quæ strenuissimus imperator non ferens, totum colligens exercitus robur, ingenti commisso prælio, secundum murum recepit. Tertium uero similiter acerrima oppugnatione peruincere apparente Tito, Iosephus cū Iudæis colloquia habuit, eosq; longa & prudentissima oratione ad deditiōem Romanis faciendam hortabatur, cui non modo non acquiescentes Iudæi, uerum cōuitijs lacescentes, etiam iaculis appetebant. Qua pessimæ gentis obstinatiōe conspecta, arctius urbē obsidere, p̄cipato cū amicis cōsilio Titus decreuit, Iudæos tñ q; famis acerbitate uicti, & ad deditiōē faciendam moti, ex urbe p̄fugerant, insigni q̄ p̄dītus erat pietate motus, q̄ uellent abire p̄misit, donec pl̄imos eor; aurū deglutiuisse comptū est. Tūc em̄ auri cæca cupiditate milites capti, p̄cipis hūanitate neglecta, passim miserrimos trucidarūt. Vna etem̄ nocte duor; q; p̄fugerāt miliū, patefacta sunt uiscera. Titus igit̄ ut latrones in urbe cōcluderet, ac excursiōes q̄bus sepe nūero cōmeatus aliquid importabāt inhiberet, rem magnā & pene incredibilem adorsus est. Distributo quippe p̄ oēm exercitum labore, oēm Hierosolymā triduo mur



**Iosephus** ro cingit, unde quadraginta stadia complectentem. Ita enim diuinus qdam impetus (ut Iosephus ait) hoc operis perficiendi milites inuasit, Iudæis omnium iam facultate erumpendi sublata, miserrima ciuitatis facies fuit, in qua iam fames totis regnabat habenis, ex qua maxima mortalitas sequebatur, domus namque mortuis tecta, & plateæ refertæ fuerunt, idcirco odoris corruptissimi plena ciuitas fuit. In qua uelut in carcere innumeralis multitudo arctissima obsidione claudebatur, primum quidem ære publico, quod præfuerit ciuitati latrones, iubebant corpora sepeliri. Sed cum neque in urbe sepeliendi locus superesset, sumptusque publici defecissent, de muris cadauera in subiectas ualles præcipitauerunt. Quæ cum ciuitatis expugnationi intētus, eam obambulans Titus conspexisset, eorumque aceruos in tabem defluere, altius ingemuit, tendensque ad cælum palmas, Deum cæli testabatur, suæ hoc culpæ aut impietatis non esse, qui eos sepe numero ad deditiōem hortatus fuisset. Porro ut Romani obsessos plus excruciantur hostes, eis famæ pereuntibus largissimas dapes iuxta murum stantes ostendebant, lætitiæque & gaudio exultabant. Ioannes uero in urbe miserrima, latronum ac seditiosorum dux alter, deficientibus ex populo rapinis, sacrilegas ad pretiosam templi supellectilem manus conuertit. Ingentia templi donaria auferens, inter quæ ut ceolos non mediocris pretij (quos Augustus Cæsar eiusque cõiunx Hierosolymam ad templi decorem miserant) dicitur abstulisse. Nec minus interea fames & ex ea mortalitas in urbe grassabantur. A profugientibus



tibus enim ex ea nobilibus didicere Romani, supra  
sexcenta mortuorum milia portis euecta. Eorum uer-  
o numerum quæ intra maximas domos congesta iace-  
rent cadauerum, comprehendi nequaquam posse aie-  
bant. Porro Romani ingentes aggeres extruētes, oēs  
attondunt circum urbem preciosas arbores, ad stadia  
usq; nonaginta, unde & amœnissimæ teræ facies mise-  
rabilis facta est. Nam autore Iosepho, quæ prius ut pa- Iosephus  
radisus arboribus ornata fuerat, adeo nunc deserta ac  
deformata decisis undiq; nemoribus, cernebat, ut nec  
quisquam, alienigena q̄ ea prius uidisset loca, a lachry-  
mis potuit temperasse, antea suburbana iucundissima,  
ac uoluptatis plena, nunc deformem tantæ pulchritu-  
dinis solitudinem intuens. Cum omnia eius decora &  
insignia, graue & asperrimum deleuisset bellum. Ere-  
ctis post hæc intra unum & uiginti dies aggeribus,  
ignem eis facta excursiōe, Iudæi apponere magna pa-  
rant audacia, sed incredibili Romani militis uirtute p-  
hibiti, in urbem sunt redire coacti. Ad motis interea  
muris & turri quæ Antonia dicebatur machinis, facū-  
dissima Titus orōne milites ad op̄andū cohorta-  
tus ē. Aggrediūt̄ idcirco muræ strenuissime Romani.  
Sed dum Sabinus quidam natione Syrus primus mur-  
rum ingenti uirtute superasset, cum undecim qui parī  
eum audacia sequuti fuerant occisus, in Romanos res-  
uoluitur. Verum post biduum milites uiginti qui in  
aggeribus tormenta seruantes excubabāt, ordinis sui  
aggressi signiferum, duobus præterea ex ala quadam  
equitum & tubicīne assumptis, nona noctis hora, ad  
K



Antoniam turrim per ruinas quas machinae defecere procedunt, caesisque primis quos somnus oppresserat custodibus, murum capiunt. Datoque confestim buccina signo, ceteri uigiles suscitati fugiunt. Caesar audito signo, armatis occurrens copiis, primus lectorum se manu militum comitante murum ascendit, confugientibus ad templum quod interius erat Iudaeis. Sicque Antonia

capta, ante ipsas templi porticus terribilis pugna conseritur. Romanis summa opera templum irrumperere adnitentibus, Iudaeis uero eos a templi foribus Antoniam uersus repellere, magna conantibus audacia. Sagittis autem lanceisque, res nequaquam geri potuit, sed strictis tantum mucronibus dimicabant, ita uir uiro densus (iuxta poetam) haerebat, permixtusque Iudaeis pugnabat Romanus, nullumque interuallum, inter dimicantes fuit, quod uel maxime ob locorum angustias accidit. Sed cum ea pugna ab hora noctis nona, ad septimam usque diei durauisset, desperata Iudaeorum audacia Romanorum militum peritiam uicit, ut tota eorum acies longius a templo pelleretur, quia nondum

exercitus eorum robur murum transenderat, satis uisum est Tito captam occupare Antoniam, quousque muro eius diruto, omnis facilius infunderetur exercitus. Haec autem turris ad templi munitionem simul &

Cor. Tac. decorem ab Herode (ut Cornelius Tacitus ait) extructa est, ac in honorem M. Antonii trium uiri, qui tunc

Turris Aegypto ac Syria praesidebat Antonia dicta est. Rursum Iosephus iubente Tito, oratione luculenta, & lachrymis plena, ad deditioem Iudaeos hortabatur, adeo

*gromm dicitur qd  
deperimus murum  
et buccina ar &  
Culorum qd gra  
pauca quibus  
Tu modo poyca  
Cassianus  
Vulgaris id sol  
Gombric pte gallo  
inf addit*

*Turris uocata  
a magno qd rollo  
pess ad uicium  
fuerunt ad templum  
Turris uocata  
a magno qd rollo  
pess ad uicium  
fuerunt ad templum*

*interius  
maiora  
Romanis  
Antoniam  
audacia  
potuit  
dimicabant  
Iudaeis  
inter  
angustias  
nondum  
occupare  
infunderetur  
simul &  
extructa  
tunc  
dicta est  
Iosephus  
luculenta  
hortabatur  
adeo*



periturae patriae suae compatiens, ut eius uerba singul  
 tibus sint interrupta, Romanis magnopere dolore eius  
 admirantibus. Sed perstabant in pertinacia latronum  
 duces, quamuis nobilium animos Iosephi permouisset  
 oratio, sed hi ducibus nil audebant inuitis. Titus  
 adhuc eorum dolens uicem, interpretate Iosepho, bre  
 uissima, sed acerrima eos oratione corripuit, Nonne  
 uos (inquiens) o sceleratissimi cancello sancta prote  
 xistis, Nonne literis Graecis ac nostris incisas tabulas  
 constitutas habetis, quibus ne septa cuiquam transgre  
 di liceret edicitur. Nonne eos qui transissent quamuis  
 Romanus quis esset, necari permisimus. Quid igitur  
 nunc in eo etiam mortuos conculcatis, o nocentissis  
 mi. Aut cur templum & externi & gentilis sanguinis  
 confusione polluitis. Testor ego primos Deos, & si  
 quis unquam hunc locum respexit, nunc enim nemi  
 nem credo, itemque testor & exercitum meum, & Iudaeos  
 qui apud me sunt, & uos ipsos, quod non ego uos haec  
 uiolare compellam. Quinetsi locum acies uestra mu  
 tauerit, neque accedet quispiam ad sancta Romanorum,  
 neque quispiam in eius contumeliam faciet, Seruabo eti  
 am uobis templum uolentibus. Hec tyranni audientes,  
 non ex principis pietate, sed timiditate dicta putantes,  
 in superbiam tollebantur. Titus uero qui eos, neque sibi  
 ipsis, neque templo parcere animaduertebat. Templo  
 bellum inferre parabat, & cum uniuersum militem eius  
 locus non caperet, subuersis Antoniae fundamentis,  
 latam toti exercitui uiam ad templum usque composu  
 it, & aggeres in uallibus templi ad arcton, maximo &

Ofo Titu  
ad Iudeos.



incredibile labore construxit. A centesimo enim stas-  
 dio materiam aduehere necessarium fuit, Porticus au-  
 tem templo <sup>propria</sup> contigua, & quæ Antonia: iungebatur,  
 a Iudæis incenditur, sed ne ulterius in templi perniti-  
 em ignis procederet, ad uiginti cubitus eandem abru-  
 perunt. Post biduum uero Porticum & Romani incē-  
 derunt, & procedente ad decimumquintum usq; cubi-  
 tum igne, tectum similiter & tabulata Iudæi abiciūt.  
 Nec minus interea <sup>mirabilissima</sup> circa templum præ-  
 lia cessabant, nunc dolis, nunc desperata resistētibus  
 audacia Iudæis. Infinita etiam (dum hæc gerūtur) mul-  
 tudo fame & inedia consumitur obsessorum. Eoque  
 tempore insigne illud & horrendum dictu facinus pa-  
 tratum est, q̄ nobilis quædam Maria, ex transiordano  
 populo mulier, unicum qui sibi supererat infantem oc-  
 cidit, coxit, comedit, parte eius seruata predonibus, ut  
 Iosephus & post eum ecclesiastica describunt histo-  
 ria. Quæ tanta & inaudita Romanis nunciata calamitas,  
 Deum super hoc Titus placare satagebat, se quide-  
 dem Iudæis pacem obtulisse inquiring, templiq; sese in-  
 tegeritatem pollicitum esse, sed illud ipsos suis manib;  
 incendisse, porticum designans quæ templo & Anto-  
 nia: (ut diximus) iungebatur. Verum huiusmodi ali-  
 mentis eos esse dignissimos, & huius nefandissimi ci-  
 bilis scelus, ruina patriæ sese cooperturum, neq; relictu-  
 rum ut tam impiam sol aspiciat civitatem, i qua sic ma-  
 tres uescerentur. Hæc dicens Titus hostium despera-  
 tionem reputabat, neq; eos sententiam existimabat  
 mutaturos.

Iosephus  
 Eccl. hist.



¶ Quomodo Titus cum templum sine suorum ma-  
ximo damno seruare non posset, porticibus ignem im-  
mittit, quibus late ardentibus, fugiunt de templo Iu-  
dæi. Et quomodo in illud cum principibus suis ingres-  
sus, adhuc magnopere illud seruare desiderabat. Et q̄  
tandem pacto ipso inuito exustum sit, & de maxima  
ardentis urbis & occumbentium Iudæorū calamitate.

## ¶ Caplm. XIII.



Ctauo igitur mensis Augusti die ag-  
geribus perfectis, graues templo ad-  
moueri arietes iussit, qui terribili sex  
diebus impulsu sine intermissiōe mu-  
rum pulsantes, nihil admodum profe-  
cerunt. Nam fortissimorum structura lapidum, horū  
impetus repellebat. Sed septentrionis templi portam  
subfodere fatagentes Romani, exteriores tantum las-  
pides euoluere potuere, sustinente interiori muro q̄  
fortissimus erat portam. Et hoc opere frustrati Roma-  
ni, scalas porticibus admouerūt, quas ne subirent, in-  
genti repugnantes audacia Iudæi, impedire conati sunt,  
nonnullas etiam scalas armatorum plenas, in latus in-  
clinantes deſciebant, unde non parua Romani milis-  
tis cædes sequebatur. Titus autem uiso, quia templo,  
damno, & nece suorum parceret, ira percitus, ignem  
portis quæ in porticibus erāt subijci iussit, diuino eti-  
am (ut par est credere) motus instinctu, q̄a iā iam con-  
taminatissimū illud fanum (ut uerus & singularis De-  
us noster ante prædixerat) eueri & exuri debebat, &  
gens sacrilega perdenda fuit. At uero igne iam p̄ mi-

K in



lites admoto, & liquefacto quo fores uestiti erant ar-  
 gento, lignum cito flāma consumpsit, quæ aucta sub-  
 to proximas corripuit porticus. Iudæi circa se iam uis-  
 dentes ignem, & corpore & animo concidebant, nec  
 aliquis eorum flammam extinguere conabatur. Titus  
 tamen militibus iussit, ut extincto incēdio, per proxima  
 portis loca, uiam sternerent, quo armatæ Romano-  
 rum acies possent ascendere. Conuocatisque exerci-  
 tus sui ducibus, consilium de templo habuit. Cum qui-  
 busdam uideretur belli lege templum exurendum, quæ  
 non iam templum, sed castellum uideretur. Titus pri-  
 moribus sibi consentientibus uiris, se nunquam hoc  
 templum incensurum aiebat, quia ingens Romanorum  
 hoc damnum fore, si tam singulare tanti imperij  
 ornamentum concremetur, sed ingentis eorum potius  
 uictoriæ ornamentum, & quasi trophæum seruand-  
 dum esse. Cæteris in hanc de seruando templo Cæsar-  
 ris sententiam euntibus, consilium dimittitur. Ipse mi-  
 litibus iubet, uti corpora sua quiete curent, uiamque  
 per ruinas porticus ad templum usque sternant, ignem  
 restinguentes. Porro die illo Iudæos ab impetu timor  
 continuit. Sequenti uero die, orientali templi excurren-  
 tes porta, aduersus Romanorum custodias irrum-  
 punt, ibique inuito prælio, Cæsar qui eam pugnam pro-  
 spectabat, cum lectis adest equitibus, cuius non sustin-  
 entes impetum Iudæi, fuga se recipiunt. Verum cum  
 equitibus Tito recedente, instant iterum acrius Iudæi,  
 sed iterato repulsi, in templi interioribus post die pe-  
 rituri conclusi sunt. Titus igitur recedens, sequenti



die cum omni exercitus sui robore, templum obsidere, & extremis uiribus oppugnare decreuit. Interea dei omnipotentis dictante sententia, quidam ex militibus nullius expectato imperio, sed impetu quodam diuino permotus, a contubernali suo milite quopiam suscollitur, raptumque ignem fenestrae cuiusdam aureae in septentrionali templi aditu iniectat, qui cum celeriter circa templum tabulata corripuisset, ingens & terribilis clamor suscollitur a Iudaeis, sequiturque (si possunt) desperatissima audacia tantum facinus parant uindicare. Tito cum hoc propere nunciatum fuisset, in tabernaculo ut e praelio redierat quiescenti, ac postridie summis uiribus templum oppugnaturus, uisum est uelle magnopere incendium prohibere. Accurrit idcirco duobus eum sequentibus, omnisque exercitus sublato ingenti clamore sine ordine post Caesarem ruere uidebatur. Caesar dato uoce simul & dextra signo, ignem iubebat extinguere, sed neque uocem eius alioquin obsequentissimi milites diuina ultione perurgente, curabant attendere. Impetumque accurrentium agminum nulla Caesaris aut ducum comminatio, ab incendio continere potuit. Cum uero ad templum accessissent, tanquam diuinitus acti furore, alius se praecedentem ut ignem ingereret hortabatur, posthabitis omnino Caesaris id summo uetantis studio edictis. Seditiosi uero ac latrones uelut extrema omnia pro restinguendo incendio passuri, accurrebant. Sed cum ob dominantem late flammam, nil spei superesse uident, porticibus uel ruinis earum & templo derelictis, fuga & caede inuoluti



diffugiunt, magna miserrimæ plebis multitudo, inermis, & inualida, interficiebatur. Atq; apud magnum altare quod holocaustor; dicebatur, & ante templum fuerat, ingentes mortuor; strages uisebantur, nec minus per gradus templi torrentis instar, interfectorum cruor defluebat. Cæsar autem (ut dictum est) insanientium militum nõ ualens impetum continere, anteq; interiora templi uorans flamma corripet, ipsum ingredit, & qcqd in eo fuit diligent; conspicatus est, & quæ magna & præclara esse fama didicerat, non ea minora uidendo comperit, motusq; incredibili eius decore, e templo prosiliit, milites impendio rogans, uti ignem restinguant, quia seruari adhuc posse uidebatur, cum (ut diximus) non aliqua ex parte ad interiora adhuc incendium penetrasset. Sed uis quædam diuina animos militum intuserat, ut in alijs Cæsari obsequentissimi, in hoc imperanti nihil auscultarēt. Incitabat eos præterea spes magna prædarum, immensas opes in eodem congestas suspicantes, quoniam aureis laminis fores uestitos intuebantur. Unus igitur ex militibus qui cum Cæsare templum intrauerat, currente ut inhiberet incendium Cæsare, ignem cardinibus portæ subiecit. Tum subito apparente intus flamma, ducibusque cum Cæsare discedentibus, nemo succendere prohibebat. Ardente iam templo, quicquid fortuitu militibus ueniebat, in manus rapiebatur. Sed & puerorum, senum, sacri iuxta, & profani, cædes infinita grassabatur, unaque supplices cum repugnantibus necabantur, flamma (dictu uisu



quod horribile) impetu suo progrediens, cum miserabilis  
 occumbentium gemitu concrepabat. Et pro collis in  
 quo templum erat altitudine, & operis magnitudine,  
 totam quis credere potuit conflagrare civitatem, clamo  
 re autem illo & ululatu, nihil horribilius excogitari po  
 test, quia Romanorum fremitus, & ardentissimus mi  
 litum clamor, ignisq; clausorum miserabilis ac dissonus  
 eiulatus, concrepabat. Adeo ut omnis circum regio,  
 montesq; sono quem ἄχος Græci uocant, resonantes  
 reboarent. Tanta etiam uis cædis fuit, ut sanguis esset  
 igne largior, pluresque essent interfectoibus occisi,  
 omnem terę faciem contegentes. Gradientes insuper  
 super mortuorum cadauera milites, fugientes Iudæos  
 infestius sequebantur. Ardente item templo, quicquid  
 ex porticibus quæ ipsum ambiabant, reliquum fuit.  
 portasq; decoras incendere Romani, quæ confugien  
 tium Iudæorum plene, cum ipsis exustæ sunt. Gazo  
 philacia itē quæ iuxta templum in porticibus fuere, pa  
 ri pacto sunt concremata. In quibus (autore Iosepho) Iosephus  
 immensa pecuniæ uis, uestiumq; & omnes pene Iudæ  
 orum congestæ fuerunt diuitiæ. Igitur iuxta sacroꝝ  
 uoces prophetarum, & domini nostri saluatoris in euā  
 gelio comminationem, templum inuito quidem Cæ  
 sare hoc modo exustum est. Opus (ut Iosephus inquit) Iosephus  
 omnium quæ audiimus, aut uidimus, maxime admi  
 rabile, tam extructionis genere, quæ magnitudinis, item  
 quæ munificentia in singulis rebus, & gloria. ¶ Mira  
 biturq; in eius exustione lector, id plane omnipoten  
 tis Dei sententia iam dudum igne fuisse damnatum.



Euolutis enim temporū curriculum, id est annis quingentis & sexaginta, eodem mense dieq; id est decima Augusti, quo illud primum Salomonis Chaldæi incēderant, & istud est a Romanis concrematum. In hanc autem nouissimam templi euerfionem, & urbis, quæ secundo Vespasiani facta est anno, fluxerunt a quindodecimo Tyberij anno, qui euangelicæ prædicationis exordium fuit, anni duo & quadraginta. A captiuitate autem quam perpessi sunt sub Antiocho, & tēpli profanatione, ducenti triginta & nouem. Porro a Darij secundo anno, sub quo rursus est ædificatum, anni quingenti nonaginta. A prima autem ædificatione templi sub Salomone, mille ducenti scđm Eusebij & sancti Hieronymi supputationem, licet alio prædicta numero Iosephus supputare conetur.

Eusebius  
Hierony.  
Iosephus

¶ De superioris ciuitatis, id est arcis ad quam Iudæi superstites, cum ducibus suis confugerunt, expugnatione, ac uniuersæ Hierosolymæ incensione & euerfione,

¶ Capitulum quartumdecimum.



Estabat exusto cum porticibus suis tēplo, superior ciuitas, ad quam seditiosissimi latronesq; confugerant, expugnanda. Hæc in Maccabæorum libris, alijs

Maccabæorum lib.



q̄ multis scripturæ libris arx dicta est, & quasi tantæ  
 urbis capitolium, quæ templo ponte fuit coniuncta,  
 & porta. Hic iterum Cæsar exoratus, iam a tyrannis  
 ad colloquium cum eis habendum affuit, singulari  
 qua cunctos pietate & clementia superauit, ciuitas  
 tem adhuc seruire desyderans. Multa illi aduersum  
 latrones & seditiosos dicta, increpata uehementer Iu-  
 dæorum pertinacia, & Romanorum declarata uir-  
 tus, aduersus quam nec innumerabilis plurimarū gen-  
 tium multitudo præualere potuit, non oceani ob-  
 stare profunditas, non Germanorum proceritas res-  
 pugnare, nec Afrorum astus obsistere, quin coacti  
 sint signa Romana tenerari. Se uero proculdubio  
 insanire, & amentes esse, qui exusto cum amplis por-  
 ticibus augustissimo templo, se ciuitatemque (offe-  
 rentibus id uictoribus) seruire nollent. Sed ubi de  
 pace, & deditioe non conuenit, Cæsar uehemen-  
 ter iratus, belli legibus utendum censuit, ciuitatem  
 diripere, atque militibus inflammare, permittens.  
 Illi non segnius postero die insigniora & speciosio-  
 ra urbis loca incendunt, trucidata inter hæc innu-  
 merabili Iudæorum multitudine, quæ per urbis rui-  
 nas latitabat, & quæ ob famem, & inedia, quibus  
 confecti fuere, fugere in superiorem non ualebāt ciui-  
 tatem. Extruxit non minus Cæsar magna difficultate,  
 in uallibus quibus superior ciuitas muniēbāt aggeres, ut  
 ad motis arietibus ceterisque machinis, murr̄ turreseque p̄rin-  
 geret. Interea quædam ex sacerdotibus salutis fide suscepta,  
 sese Cæsari dedit, tradita sibi (ut Iosephus ait) milia & p̄



ciosa (quam flammis extulerat templi) supellectile.  
 Candelabra duo, mensas, crateras, & pateras, omnia ex  
 auro solido & puro facta. Vela insuper, & uelata pon-  
 tificum indumenta, uasaque plurima, diuino olim cultui  
 dedicata. Verum aggeribus iam perfectis, septimo Se-  
 ptembris die, operis autem incepti decimo octauo, ma-  
 chinas Romani magno conatu & impetu admone-  
 bant, quarum impulsu terribili, cum magna murorum  
 pars cecidisset, nonnullaeque fuissent subrutae turres, pro-  
 pugnatore & qui his fuere locis praesidio Iudaei, dis-  
 fugiunt. Tunc demum tyrannos Simonem & Ioannem  
 (accepto praeter spem fugae suorum nuncio, Insuper  
 quia totus ab occidente murus uel machinarum corru-  
 isset) ingens timor inuasit, & qui paulo ante crudelissi-  
 mi ac sui opinione tumidi & inflati fuere, iam humi-  
 les adeo ac tremantes uidebantur, ut miserrima eorum  
 conditio posset apparere, diffugiētibz a se etiam un-  
 dique quos antea fidissimos habuere pugnantibus.  
 Unde & diuina uirtute qua infaelices praemebantur,  
 factum esse non dubium est, ut fugientium tantus oc-  
 cuparet animos pavor, ut fallente metu hostes in tur-  
 ribz quae inexpugnabiles uidebantur, sese uidisse nu-  
 ciant, omnemque (ut diximus) murum, ad occidentem  
 partem ciuitatis subuersum, cum uix infirmiora mu-  
 rorum ac turrium Romana uirtus perfregisset, Tres  
 enim fuere turres, quas nullae machinarum uires uale-  
 bant subuertere, & quae non nisi fame capi potuere.  
 De his tamen tyranni degeneri quodam metu diuini  
 percussi descendunt. Romani igitur in muris quibus



bus machinas admouerant, adhuc laborantes, turres  
 quas uiribus non poterant, hostium desertione cape-  
 runt. Irruētes igitur in ciuitatem Romani, omnem eā  
 occuparunt, qua præter spem & sine sanguine capta,  
 ingenti lætitiā exultantes, signa sua in turribus collo-  
 carunt, ut tertij & septuagesimi psalmi uaticinium, q  
 hanc ultimam vastationem manifeste præcīnuit, im-  
 pleretur. Sic enim canit psalmus, Vt quid domine re **Psal. lxxiij**  
 pulisti in finem, & post uersus paucos. Posuerunt sig-  
 na sua signa, & non cognouerunt, sicut in exitu sus-  
 per summū, & cætera multa quæ diuo Augustino in- **S. Aug.**  
 terpretante, de hac sunt desolatione descripta. Caput  
 itaq; urbem Titus (Tranquillo teste) natali filię suæ **Tranquillus**  
 die, tanto militum gaudio, ac fauore, ut in gratulatio-  
 ne imperatorem eum consalutauerint. Ait præterea  
 idem autor eundem in hac nouissima Hierosolymorū  
 oppugnatione, duodecim hostium propugnatores to-  
 tidem sagittarum ictibus confecisse. Capta igitur (ut  
 dictum est) urbe, itum est in cædes, atq; rapinas, diffu-  
 gentibus hincinde latronibus, & se occultantibus, do-  
 mos uero plenas confugientium, igne admoto cōcre-  
 marūt. In angustijs uiarum (ut ait Poeta) stat ferri aci- **Virgilius.**  
 es muerone corusco, stricta parata neci, quos interce-  
 perunt, nullo habito discrimine trucidarūt, totaq; flu-  
 xit sanguine ciuitas, adeo ut (Iosepho teste) pleraque **Iosephus.**  
 incensorum, cædium largissim⁹ sanguis extingueret.  
 In præclaras etiam domos milites Romani irruentes,  
 totas mortuorum familias, & plena (quos fames con-  
 sumperat) cadaueribus inueniētes tecta, tetrum adeo  
 L



aspectu abhorrentes, manibus uacuis sunt egressi, ob-  
 uios tamen quosq; transgredere non cessabant, quoula  
 q; uergente in noctem die, a cedibus est temperatum.  
 Sed per eam inualescebat incendium. Postero autem  
 die, adhuc ardente ciuitate, Titus ingentissimas turri-  
 um munitioes cum amicis ingreditur, magnopere ad-  
 miratus, quia has sponte tyranni deseruissent. Cōspe-  
 cta deniq; solida earum altitudine, magnitudine, sub-  
 tiliq; compagine lapidum. Deo (inquit) plane adiuuā-  
 te pugnauimus, & Deus erat qui detraxit ab istis mu-  
 nitionibus Iudæos. Quid enim humanae uires, moles  
 q; arietum, aduersus istas ualere. Delente autem eo  
 alia ciuitatis menia, murosq; subuertente, has turres  
 fortunæ ac prosperitatis suæ monumentum relinque-  
 re statuit. Sane laborantibus adhuc in hostium cæde  
 militibus, ingens restabat multitudo superstitum.  
 ¶ Verum solis armatis ab eo interfici iussis, cæteram,  
 quæ inermis erat, multitudinem seruari iubet. Præpo-  
 sito huic negotio uiro quodam, qui fortunam quam  
 quis meritus esset decerneret, qui seditiosos ac latro-  
 nes cum alius alium iudicasset interficiens, electos iu-  
 uenes proceros & uenusto corpore præstantes, Cæsa-  
 rum triumpho seruabat. Latronum uero duces Simo  
 & Ioannes extrema iam omnia passi, in Romanorum  
 manus peruenere, quorum alter Simon qui posteris  
 us comprehensus est, ut postea dicemus triumpho ser-  
 uabatur, Ioannes autem æternis ut probe meruerat uin-  
 culis, teterrimo carceris squalore periturus deputatus  
 est. Omni iam Hierosolymorum urbe collapsa, flammæ

Anonum...  
 nos...  
 papulysa...  
 atq; alia...



<sup>inflectant</sup> misque exusta, tres <sup>ante</sup> quas diximus turre <sup>que vixi opulenti</sup> cum occiden-  
 talis parte muri, pro imponendo præsidio Romanos  
 rum seruatae sunt. Cætera omnia adeo <sup>destruxit</sup> sunt euersa &  
 deleta, ut tantæ uix urbis ruinae, homini <sup>quod</sup> qui florens-  
 tem prius uidisset, apparere possent. Non fuisse hoc  
 loco uir clarissime ab <sup>abstrahit</sup> instituto nostro alienum, ingen-  
 tia <sup>postea</sup> quæ hanc urbis uastitatem <sup>abstrahit</sup> uidebantur prælagire  
 portenta, ut in huius pene opis calce describeremus,  
 dominique saluatoris aduersus infelicia Hierosolyma  
 comminationes explicare, quæ celi ac teræ reparato-  
 rem, & ueræ religionis pacificum fundatorem, ad se  
 uenientem recipere nolueret. Sed operis magnitudi-  
 nem ueritus, ex magnis autoribus hæc conquirenda  
 relinquere tibi consilium fuit. Apud Egesippum em̄  
 hæc, Eusebium, & Iosephum, qui his rebus interfuit,  
 cæterosq; <sup>postea</sup> abunde tractantur autores. Sed ad trium-  
 phum Titî, quoniam is quem cum <sup>vespasiano</sup> patre de uictis Iudeis  
 gessit, <sup>postea</sup> speciosissimus fuit, <sup>postea</sup> præperemus describendū.

¶ De triumpho speciosissimo, quem Titus cum  
 patre Vespasiano urbē Romā ingressus  
 habuit, Et quomodo pacis tem-  
 plo ædificato, quæ ex tēplo  
 Hierosolymorū adue-  
 xere donaria, in  
 eodem cō-  
 secrarūt.

¶ Capitulum decimūquintum

L ij





Titus igitur <sup>duo</sup> <sup>concione</sup> <sup>ac</sup> <sup>oratione</sup> <sup>habita</sup> <sup>pro</sup>  
<sup>fortiter</sup> <sup>factis</sup>, <sup>laudauit</sup> <sup>exercitum</sup>, <sup>stre</sup>  
<sup>nuum</sup> <sup>quonq;</sup> <sup>ut</sup> <sup>fortiter</sup> <sup>rem</sup> <sup>gesserat</sup>,  
<sup>muneribus</sup> <sup>insignibusq;</sup> <sup>donauit</sup>. <sup>Ce</sup>  
<sup>lebrato</sup> <sup>in</sup> <sup>super</sup> <sup>patris</sup> <sup>sui</sup> <sup>natali</sup>, <sup>duo</sup> <sup>captiuorum</sup> <sup>mis</sup>  
<sup>lia</sup>, & <sup>quingetos</sup>, <sup>inter</sup> <sup>ludos</sup> & <sup>spectacula</sup> <sup>bestijs</sup> <sup>ob</sup>  
<sup>iecit</sup>, <sup>laniandos</sup>, <sup>uel</sup> <sup>mutuis</sup> <sup>inter</sup> <sup>se</sup> <sup>uulneribus</sup> <sup>quous</sup>  
<sup>q;</sup> <sup>perirent</sup> <sup>digladiari</sup> <sup>coegit</sup>. <sup>Hierosolymorum</sup> <sup>custo</sup>  
<sup>dia</sup>, <sup>id</sup> <sup>est</sup> <sup>(ut</sup> <sup>supra</sup> <sup>diximus)</sup> <sup>trium</sup> <sup>fortissimarum</sup> <sup>tur</sup>  
<sup>rum</sup> <sup>munitioni</sup>, <sup>decimam</sup> <sup>legionem</sup> <sup>dimisit</sup>. <sup>Ips</sup> <sup>ue</sup>  
<sup>ro</sup> <sup>audito</sup>, <sup>quia</sup> <sup>ingenti</sup> <sup>gloria</sup>, & <sup>uniuersi</sup> <sup>populi</sup> <sup>fauore</sup>,  
<sup>pater</sup> <sup>eius</sup> <sup>Vespasianus</sup> <sup>a</sup> <sup>Romanis</sup> <sup>suscceptus</sup> <sup>esset</sup>, <sup>eo</sup>  
& <sup>ipse</sup> <sup>in</sup> <sup>Italiam</sup> <sup>proficisci</sup> <sup>statuit</sup>, <sup>acturus</sup> <sup>cum</sup> <sup>patre</sup>  
<sup>de</sup> <sup>magno</sup> & <sup>cruentissimo</sup> <sup>bello</sup> <sup>triumphum</sup>. <sup>Hostium</sup>  
<sup>duces</sup> <sup>Ioannem</sup>, & <sup>Simonem</sup>, <sup>insuper</sup> & <sup>alios</sup> <sup>septin</sup>  
<sup>gentos</sup>, <sup>uenuitate</sup> & <sup>decere</sup> <sup>corporis</sup> <sup>elegantiores</sup>, <sup>ex</sup>  
<sup>omni</sup> <sup>captiuorum</sup> <sup>selectos</sup> <sup>numero</sup>, <sup>in</sup> <sup>triumpho</sup> <sup>du</sup>  
<sup>cendos</sup> <sup>secum</sup> <sup>pertrahebat</sup>. <sup>Veniēti</sup> <sup>igitur</sup> <sup>in</sup> <sup>Italiam</sup>  
<sup>Tito</sup>, <sup>nō</sup> <sup>longe</sup> <sup>ab</sup> <sup>urbe</sup> <sup>Roma</sup> <sup>Vespasianus</sup> <sup>pater</sup> <sup>in</sup>  
<sup>genti</sup> <sup>lætitiā</sup> <sup>exultans</sup> <sup>occurrit</sup>. <sup>Ibiq;</sup> <sup>alter</sup> <sup>alter</sup> <sup>salu</sup>  
<sup>tans</sup>, <sup>in</sup> <sup>mutuos</sup> <sup>miscens</sup> <sup>plexus</sup>, <sup>nec</sup> <sup>minor</sup> <sup>in</sup> <sup>urbe</sup>  
<sup>populi</sup> <sup>lætitiā</sup> <sup>fuit</sup>. <sup>Nam</sup> <sup>eo</sup> <sup>quo</sup> <sup>triumphi</sup> <sup>pompa</sup> <sup>die</sup>  
<sup>futura</sup> <sup>fuerat</sup>, <sup>nemo</sup> <sup>se</sup> <sup>se</sup> <sup>domi</sup> <sup>cōtinuit</sup>, <sup>sed</sup> <sup>uniuersus</sup>  
<sup>populus</sup> <sup>nitidis</sup> <sup>ornatus</sup> <sup>uestibus</sup>, <sup>ad</sup> <sup>spectandū</sup> <sup>trium</sup>  
<sup>phum</sup> <sup>se</sup> <sup>compauerat</sup>, <sup>loca</sup> <sup>ad</sup> <sup>uidendū</sup> <sup>magis</sup> <sup>accōmo</sup>  
<sup>da</sup> <sup>occupans</sup>, <sup>concesso</sup> <sup>tantum</sup> <sup>principibus</sup> & <sup>pompe</sup>  
<sup>necessario</sup> <sup>trāsitu</sup>. <sup>Multitudo</sup> <sup>miniltroꝝ</sup> <sup>baculos</sup> <sup>ma</sup>  
<sup>nibus</sup> <sup>gestantium</sup>, <sup>e</sup> <sup>medio</sup> <sup>dimouebant</sup> <sup>turbas</sup>, & <sup>uis</sup>



as puras apertasque præstabant, omnia <sup>urbis</sup> templâ  
 erant aperta, & fertis uaporibusque repleta suauibus.  
 Prîcipes uero Vespasianus & Titus ornatissimo cur-  
 ru inuecti procedebant, uiri circa huiusmodi hono-  
 rem spectaculo digni, purpuram auro cõtextam (quã  
 Iouis ueteres appellabant uestem) induti, lauro coro-  
 nati, cuius & ramos dextra gerebant. Et teste Iosepho Iosephus.  
 septimo Iudaicę captiuitatis libro, hunc triumphũ de-  
 scribente, Alia quidem spolia sequebantur, eminebãt  
 autem ante duces, ea quæ apud Hierosolymam in tem-  
 plo reperta sunt. ¶ Mensa aurea talenti magni, & cãs-  
 delabrum similiter quidem auro factum, sed opere cõ-  
 mutato, ab usu nostrę consuetudinis. Nam media quę-  
 dam columna basi heribat, tenues autem ab ea cannu-  
 læ producebantur, formatae ad similitudinem fuscine,  
 & in summũ quęq; in lichni speciem fabricatae. Erant  
 autem numero septem, septimi diei qui apud Hebræ-  
 os est, iudicãtes horrorem. Vel ut idem autor alibi di-  
 xit, stellas errantes (quas Græci *πλανήτας* dicunt) signis-  
 ficabant. Et subdit, Post hæc autem portabatur lex lu-  
 daorum, nouissime spoliõrum. Et post pauca, Pom-  
 pæ autẽ finis capitolini Iouis templũ fuit. Quo post-  
 quam uentum est, constiterunt. Erat enim uetus &  
 mos patrius operiri, donec ducis hostium mortem quę-  
 piam nunciaret, Is erat Simon Gioræ filius, inter cas-  
 ptiuos in pompa traductus, de quo supra est sæpe cõ-  
 memoratum. Subdit Iosephus, laqueo uero circumda-  
 tus, per publicum trahebatur, cum eum simul cederẽt  
 qui ducebant. Lex autem Romanorum est, ibi necas



re criminum reos morte damnatos. Postquam igitur eum finem uitæ habere nunciatum est, omniūq; fauor sequutus est, tunc hostias inchoarunt. Hisque omine secundo per uota celebratis, in palatium recesserunt.

**Suetonius** Huius triumphī Suetonius in uita Vespasiani meminit dicens, Talis tantaq; fama in urbem reuersus, acto de Iudæis triumpho, consulatus octo ueteri addidit.

**Martialis** Martialis etiam Coquus in Epigrammatibus ad Domitianum Cæsarem ait,

Frater idumæos meruit cum patre triumphos.

Quæ datur ex Dacis laurea tota tua est.

Vespasianum patrem & Titum fratrem significans, Idumæam autem pro Iudæa arte usus poetica posuit, uicinitate locorum licentiā nactus, qua una pro altera sæpe ponitur. Sic Maro noster sæpe Sidoniam, p

**Maro** Tiria Didonem celebrem illam reginam appellat. Est & hodie perenne huius triumphī Romæ monumentum, semidirutus triumphalis arcus diuæ Mariæ sacello nouæ appellato contiguus, uia sacra, & iuxta pacis templum, de quo infra dicetur, in quo hæc quoq; inscripta sunt uerba, S. P. Q. R. Diuo Tito diui Vespasiani filio, Vespasiano Augusto. In quo etiam arcu ex uno quidem latere ipsum Titū triumphantem, in curru quatuor equis ducto cōspicere libet. Ex altero uero latere uasa templi, & candelabrum illud ditissimum

**Iosephus** septem ramorum, ut paulo ante a Iosepho descriptum est, & fœderis arcam, tanquam ante currum Titī portantur insculpta. Et sæpe dictus Iosephus postquam



totum triumphum descripsit, infra subdit. Vespasianus pacis templum ædificare decreuit, itaque mira celeritate, & quæ hominum cogitationes superaret effectum est. Magna enim diuitiarum largitate usus, Insuper perfectis id picturæ ac figmentorum operibus exornauit. Omnia namque in illud sanum collecta sunt, ac deposita, quorum uisendorum studio, per totum orbem, qui ante nos fuerunt homines uagabantur, quomodo aliud apud aliud situm esset, uidere cupiscentes. Hic autem reposuit etiam quæ Iudæorum fuerunt instrumenta, his sese magnifice ferens. Legem uero ipsorum, & penetralium uela purpurea, in palatio condita seruari præcepit. Hæc eo libentius commemorauimus, ut impudens eorum mendacium pateat, qui hoc templum pacis, quod æternitatis appellant, in uirginis partu aiunt corruisse. Nec minus Octauiani & Sibyllæ fabulam contextunt, nescientes excelsam Dei maiestatem falsitatis testimonio negere, sed tanta ueri copia munitam, ut summum etiam nefas Platon arbitretur, talismodi anilium deliramentorum aliquid ad eam accedere. De templo uero ne soli credamus Iosepho, Suetonius de Vespasiano inquit, fecit & noua opera templum pacis foro proximum. Hieron. etiã n̄ super Ioelē, Vespasianus (inquit) & Titus Romæ templo pacis ædificato, uasa templi Hierosolymitani, & uniuersa donaria, in delubro illius consecrarunt, quod (ut subdit) Græca & Romana narrat historia. Sibyllas autē decē tm̄ fuisse,



Varro  
Seruius  
Lactantius.  
Hierony.  
Augusti.

Varronis doctissimi Romanorum testimonio, Seruius, Lactantius, Hieronymus, & Augustinus tradunt, quae omnes seculis etiam Dominicam natiuitatem antecessere. Varro etiam opus suum ante Augustum condidit, quo nomina, patriam, ac aetates, omnium Sibyllarum descripsit. Nec de tam claro & insigni miraculo, Eusebius, Hieronymus, caeterique qui illorum temporum circa ineffabilem illum uirginis partum diligentissime miracula conscripserunt, autores nostri siluissent.

Eusebius  
Hierony.

¶ Aduersum Iudaeos pauca, cum insertione breuissima, ultimi eorum sub Caesare Hadriano excidii, operisque conclusio.

¶ Caplm ultimū.



Ontēplare nūc gēs miserrima & iscoelixa clarissimę qndā urbis tuę ruinas, & augustissimi tēpli tui ultores cineres itue re. Conuerte itē oculos ad amoenissimā qndā terę tuę recessus, quos tetra iniscoeliximorū ciuim tuorum cadauera tegunt, qui uel inedia tabescen tes defecerunt, uel hostili confossi mucrone, sanguine suo fedauere. Huchuc lachrymę illę ueri Dei & saluatoris spectabant, quas tibi ingratissimę genti cō patiens, ingenti gloria Hierosolymam passurus pro perans, super te legitur effudisse. Si cognouisses (in quiens) & tu in hac die quę ad pacem tibi sunt, nunc autem absconditum est ab oculis, quia uenient dies super te, & circūdabunt te inimici tui uallo, tete ad terram prosternentes, & in hanc sentētiā multa. Et alii

*Dilig Hadrianus stragorata  
Scho Hadriano Roman parricis  
Roberto Hadria esty farty  
quod adit pro roma da  
dit magant amos vni  
si dno qd pmo vno  
impetio eudisy a parricis  
pallio appellat  
Lactantius pndia q  
uocessit hancit pntis  
no parricis in pndia  
etate distipulo romidi  
pallio incedendy sca  
musica geometria pntis  
pntis qd est vel  
incomos memos pntis  
q mag reditit qd lo ob  
supotit mites abentes qd  
uobis recessere pntis  
in pntis abentes qd pntis  
pntis in mides qd  
om pntis in temp ut  
rebo pntis incedendy  
in pntis pntis pntis  
pntis qd in pntis pntis  
pntis pntis pntis pntis  
pntis pntis pntis pntis  
pntis pntis pntis pntis*



<sup>admirant</sup> <sup>privatim</sup> <sup>Quod ipse</sup>  
 hi, crucem quam pro mundi salute b. xpi ascensurus  
<sup>vos domo</sup> <sup>intrauit</sup> <sup>non dignum</sup>  
 erat baiulans, conuersus in mulieres, quæ indignam  
<sup>refert</sup> <sup>Deo honorifico</sup>  
 eius mortem desolentes, eum sequebantur. Filia Hieru-  
<sup>habite me suffrag</sup>  
 salem (inquiens) nolite flere super me, sed super uos  
<sup>aliam mulier</sup>  
 ipsas flete, quia uenient dies, & reliqua. Hæc te nunc  
 mala, toto sui horroris strepitu circumsteterunt, post-  
<sup>per qd. contra ysaia</sup>  
 quam ante Romanæ potestatis tribunalia, hunc celi  
<sup>conferunt</sup> <sup>comprobat</sup>  
 & terræ regem tuum esse uoce sacrilega abnegasti, cla-  
 mans, scelerum tuorum furijs tete agitantibus, Non  
<sup>conferunt</sup> <sup>comprobat</sup>  
 habemus regem nisi Cæsarem. Habes quod petisti, in  
<sup>conferunt</sup> <sup>comprobat</sup>  
 finem sæculi Cæsari es seruitura. Sed paulisper confer-  
<sup>refert</sup> <sup>comprobat</sup>  
 re libeat, quam dispar utriusq; regis principatus & im-  
<sup>conferunt</sup> <sup>comprobat</sup>  
 perium in te fuerit. Prior tibi rex imperans Deus, in-  
<sup>conferunt</sup> <sup>comprobat</sup>  
 festissimo te exercitu persequentibus Aegyptijs, in-  
<sup>conferunt</sup> <sup>comprobat</sup>  
 ter stupendas undarum moles, siccum constrauit iter,  
 & iuxta eximium Poetam.

Curuata in montis speciem circumstetit unda.

Virgilius.

Sub posteriori autem rege Cæsare, insigniora urbis  
 & templi tui loca, torrentium instar, sanguine tuoræ  
 non modo foedata, sed & tota sunt uisa defluere. Pri-  
 mus rex in uasta eremi solitudine, quo innumerabili  
 multitudine confederas, cœlesti te pane delicatissime  
 pauens, durissimis rupium uenis suauissimas aquas edu-  
 xit, deditque tibi iuxta eundem Poetam,

Dulcis aquæ saliente riuo restringere sitim.

Virgilius.

Sub Cæsare autem rege, insanabili famis furore cor-  
 repta, corporibus tuorum uesceris, & ab inuicem in-  
 humanissimo cibo comsummeris, matresque (infandū  
 dictū) infantibus utuntur in cibum. Et si quid tibi ari-

M



dorum superesse fontium contigit, nō nisi tuorum in-  
 fectum sanguine bibere potuisti. Et qui CHRISTO  
 regi uenenata indignabaris inuidia, acclamantibus in  
 templo pueris, Benedictus qui uenit in nomine domini,  
 nunc terribili & ardentissimo Romanorum clamore  
 re militum, occumbentiumque tuorum luctu miserabilis  
 li, gemitu, ac ululatu, omnia ardentis iam templi cons-  
 caua reboant, & horribiles planctus edunt. Ac que sub  
 rege deo de innumeris & ferocissimis gentibus, incredibi-  
 les sepe numero duxisti triumphos, nunc sub nouo rege pre-  
 stantissimi iuuenes tui triumpho ut bos ducuntur ad  
 uictimam, ceteraque gentis tuæ innumerabilis multitu-  
 do, uel fame & gladio consumpta, aut discerpenda be-  
 stiis in populi spectaculum est obiecta, aut distracta mi-  
 serabili feruitute. Ita ut Cornelio Tacito Suetonioque  
 autoribus, sexcenta milia tuæ gentis perierint. Sed &  
 tuipius scriptoris Iosephi testimonio, undecies cente-  
 na milia fame, gladio, pesteque consumpta sunt. Quis tam  
 facundus? quæ tanta ingenij ubertate decurrens ora-  
 tio, ut erumnas, calamitatesque tuas, digne ualeat expli-  
 care. Non si ipse (ut aiunt) ab inferis remearet Demo-  
 sthenes, omnibus illis eloquentiæ suæ uiribus, dignas  
 in te pro scelerum tuorum magnitudine, ac poenarum,  
 quas pro eis pateris, posset philippicas edere, qualibus  
 olim contra potentissimum regem tonabat. Quibus  
 enim tantam tuam perfidiam, ingratitude, ac in salu-  
 tatiorem tuam sanguinariam factionem, conqueri posse-  
 ret, uerba non haberet, nec digne facinora tua deplora-



rare, quibus celi & teræ regis innocentissimum sanguinem super te futurum petiisti, quem cæcis oculis auribusque surdis effundens, mundus tamen iste & omnia eius elementa luxerunt. Quia dementia tua effectum est, ut post has etiam calamitates quas modo descripsimus, cum infœlices & superstites gentis tuæ reliquæ, anno post hæc tempora octauo & quadragésimo, prouinciam olim suam Palæstinam populari præsumerent, ab Hadriani qui tum rerum potiebatur dicitibus, magna earum strage sint deletæ. Nō minus post hæc anno quintodecimo, qui Hadriani Cæsaris decimusseptimus fuit, rursus gentis tuæ que supererat collectitia turba, Palæstinam uastare præsumebant, tenente prouinciam Tenio Ruffo, cui ad reprimendum rebelles, Hadrianus misit exercitum. Hic multa passim milia uirorum, foeminarum, puerorumque conficiens, res tuas penitus opprimebat. In hac autem aduersus Romanos rebellione gens pessima exercitum tuum ducebat Barchocobas quidam, quod nomen latinæ stellam exprimit, cæterum tui simillimus, quippe crudelis, ac scelestus, tibi que ex uocabulo suo ueluti uilibus mancipijs persuadebat, se ob salutem tuam uelut præclarum sydus cœlo lapsum, ægris mortalibus, & longa obscuritate damnatis, lucis auxilium ferre. Sed cum maxime belli huius fomenta crescerent, ad Betheram præualidum oppidum Hierosolymis uicinum, a Romano duce obsidio lon-



gior tenderetur, fame ac siti obsessis intus perduellis  
 bus, ad extremam necessitatem adductis. Postquam  
 dux ipse perditæ plebis meritas suo facinore ac crude  
 litate pœnas dedit, omnis tua natio ex omni regione,  
 etiam finitima Hierosolymæ, penitus arcebatur, cum  
 diuinæ legis sanctione, maxime constitutionibus &  
 decretis Hadriani, ita ut ne celsiori quidem p̄spectu,  
 eminus tibi saltem paternum solum, p̄fanis liceret ob  
 tutibus intueri. Ita factum est, ut ciuitas post interitū  
 perditissimæ gentis tuæ, in Hierosolymorum penelo  
 co, ab Elío Hadriano sit condita, ac eius prænomine  
 Elía appellata, quam gens tua eiusdem edicto princis  
 pis fas nequaquam habet ingrediendi. In cuius argu  
 mentum, portæ eius frontis quæ Bethleem spectat, Sus  
 est insculptus marmoreus, in æternum gentis tuæ op  
 probrium, significans uti petisti rege CHRISTO ab  
 negato, te omne in æuum Cæsari & Romano impe  
 rio seruituram.

¶ Finis.

**N** Ec habui uir dignissime, quæ de Hierosolymo  
 rum urbe eiusque clarissimi templi profanatione, &  
 excidio, ex his tibi quæ uel scisse, aut legisse potui, cõ  
 gere studui, quæ tuo optime de me merito nomĩ ascri  
 bo, tuoque ductu & auspicio in lucem emitto. Gratiz  
 tudinis sane me in te exile monumentum & modicū.



Pecunias enim, preciosasq; donaria, quæ mortales prima putant & præcipua, nec tua a me bñ iuuante Deo florens fortuna defyderat, nec tenuis mea suggerere potest. Ea igitur quæ ex ingenio parum culto potui, hæc uirtuti tuæ præstare studui, quæ quantūlibet etiã ieiuna sint & modica, longe tamen plenis arcis iudicio meo antefero, & maioris apud me ponderis opinionisque seruabo. ¶ Eas igitur tanto uiro haud satis dignum munus parue liber, & medijs te sibi quadragesime gaudijs, quasi acceptam lætitiæ rosam diligenter insinues precor. Ad æternæ imprimis & diuinæ maiestatis laudem, & gloriam, ac clarissimi ac humanissimi uiri harum rerum cognoscendarum non usquequaq; spernendam utilitatem. Anno Christianæ salutis post mille & quadringentos, sexto & septuagesimo, ad tertiam & uicesimã Martij diem.

τέλος.


Ἄνεσις τῷ θεῷ, εἰς τὸ αἰῶνα ἢ αἰῶνων.

¶ Coloniae apud Eucharium Ceruicorum, Anno. M. D. XVII.  
Mense Ianuario.



Adfrigidissimam perhibens gratiam  
Quando perhibens gratiam in desertis artibus  
Semper exultans gaudia magna ferat  
Tumidas serenos pomis non ferula multa  
Et vini asperae copia magna tibi  
Ense furem leuand minus summo geris gasta  
Tumetis pueri voram veniente xrauis  
Qui patria sperat reuerti Quod lumina patris  
Lentia iugenti flentibus ora madent  
Te puerum soror exspectat fratris salutat  
Atque fuit patribus iustitia laeta fuit  
Tunc dicitur quod lachrymis leuissima velum  
Pozare fuit opula rubra iugis  
Mox se ipse tunc patria tibi redit amica  
Et iulis reuerti dulcibus alloquitur  
Fuit iugis collegas mirum tibi fratrum  
Patria soror tibi iugis ad salutat ipse patris  
St. se omnia gallos optulit et agnum  
Venarum capos amiserat et roquid  
Caudato vorant fultis patris ad patris matos  
Apponunt parca ferula vna iugis  
Nullo libent iugis quod maxima gaudia ferunt  
Et gaudium matos ea rediisse domum







Massa... affere... quod...  
... ad modum...  
...

... aqua...  
... philosophi...  
... aqua...  
... affere...  
...  
...

...  
...  
...

...  
...  
...

...  
...  
...

...  
...  
...  
...  
...

...  
...  
...


...  
...  
...

...  
...  
...  
...  
...










*[Faint, illegible handwritten text visible on the left edge of the cover, possibly bleed-through from the reverse side.]*














Th  
6129